Sed de specie his duobus modis dictis
nō loquit̄ hoc loco Porphi. Alio modo
dicitur spēs id quod ponitur sub assigna/
to genere sicut hō est species aīalis. ⁊ al/
bedo coloris ⁊ triāgulus figur̄. Notādū
ꝙ specieruz alique sunt subalterne alique
vero specialissime. Porphy. de vtrisqꝫ
exemplificat. Nā ⁊ homo ⁊ albedo sunt
spēs specialissime. triangulus vero est spe
cies subalterna habēs sub se alias species.
Hāc igitur spēm de qua loquendum est
tripliciter describit. Primo sic. Species
est que ponit̄ sub assignato genere ⁊ ꝓba
tur. Omne iferius ponit̄ sub suo supiori.
sed spēs est iferior genere: quū sit ei⁹ pars
subiectiua. ergo ponit̄ sub gener̄: maior ⁊
minor de se satis clarēt. Notāter dixit sub
genere assignato. i. determiato quia non
quelibet species ponit̄ sub quolibet gene
re. Albedo eni nō est sub animali sed sub
eo qδ per eius differētiā in species diuidi
tur. ¶ Cōtra argui solet primo īdiuiduuz
continetur sub genere. ergo ista diffinitio
nō cōuenit soli speciei. Et per cōsequens
posita ē incōuenienter. Scδo magis cōe
nō cōtinet̄ sub min⁹ cōmuni. sed spēs est
cōmunior genere ergo sub eo nō cōtinet̄
maior nota minor ꝓbatur. plures sūt spe
cies q̄z genera. ergo spēs est cōmunior ge
nere: antecedens patet cōsequentia ꝓba/
tur: quia illud ē magis cōmune quod de
pluribus predicatur. Tertio in diffinitio/
ne generis ponitur species ergo in diffini
tiōe speciei nō debet poni genus. aliogn
idē esset notius ⁊ ignotius respectu eiusdē
¶ Respondeo ad primum ꝙ ista descri
ptio sic est intelligēda. species est vniuersa
le qδ ponitur sub assignato genere. indiui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

duum autem licet sit sub genere . non ta/
men est sub eo tanq̃ꝫ vniuersale Et simili
ter species est sub genere. vt quid cõmu
nicabile multis indiuiduũ vero vt in cõi/
cabile. ⁊ ꝓpter hoc ista descriptio nõ con
uenit ĩdiuiduis. Ad scd̃m dico ꝙ species
accipitur dupliciter: vno modo pro inten
tione alio mõ pro re subiecta ĩtentioni. In
tentio speciei est cõmunior intentione ge/
neris quia pluribus naturis applicari po
test. ipsa vero res que est species non est
cõmunior natura generica. sed ecõtrario:
quia de quocunq̃ꝫ p̄dicatur natura specifi
ca p̄dicatur etiam natura generica. sed nõ
ecõtra: quãdo dicimus ꝙ species est sub
genere nõ loqmur de intẽtionibus sed de
rebus ipsis. ad argumentũ negat̃ minor.
quuꝫ ꝓbationes procedant de intentione
speciei. ⁊ nõ de re que est species. Ad ter
tiũ respõdet auctor in textu. ꝙ cuꝫ gen⁹ ⁊
species sint corelatiua. necesse ẽ in vtrorũ
q̃ꝫ rõnibus vtrisq̃ꝫ rationib⁹ vti. Ex quo
videt̃ innuere ꝙ vnum relatiuũ debet per
aliud diffiniri. Burleus vult ꝙ nullo mo/
do vnum relatiuum per aliud diffiniatur:
siue diffinitione quid rei. siue diffinitiõe qd
nõis. q: qd̃ ponitur in diffinitiõe est notius
diffinito. sed vnum relatiuum non est no/
tius altero. quum relatiua sint simul natu
ra ⁊ ĩtellectu ergo ⁊c̃. Ego tamẽ arbitror
Burleum nõ aduersari Por. sed eorum
vtrunq̃ꝫ verum dixisse. Ad aliquid enim
sunt que scd̃m id totum qd̃ sunt ad aliud di
cuntur. vt habet Phi. in predicamentis.
Quum igitur tota ratio relatiui cõsistat in
dependentia ad corelatiuũ impossibile est
vnũ relatiuuꝫ intelligi sine corelatiuo ⁊ iõ
in diffinitiõe relatiui ponitur corelatiuũ nõ
tamq̃ꝫ aliquid eo notius. vt optime inquit
Burleus sed tãq̃ꝫ id sine quo intelligi non
potest. ¶ Secunda descriptio speciei hec
est species est de qua genus in eo ꝙ quid
p̄dicatur. ista diffinitio patet ex diffinitiõe
generis posita in capi. precedẽti vbi dictũ
fuit ꝙ genus predicatur de pluribus spe
ciebus in eo ꝙ quid. Contra ista diffinitio
cõuenit etiam indiuiduis: nam indiuiduũ
est de quo predicatur genus ĩquid. Rñ/
deo ꝙ diffinitio sic est glosañ. species ẽ de
qua predicatur genus immediate ⁊ hoc
modo nõ cõuenit indiuiduis: q: de eis nõ
p̄dicatur imediate sed tm̃ mediante spẽ.
¶ Tertia descriptio est ista species est. s.
vniuersale qd̃ predicat̃ de pluribus diffe
rentib⁹ numero ĩ eo ꝙ quid. Deide quũ
dicit (sed hec qdẽ) ponit differentiã inter
hãc tertiã descriptõeꝫ ⁊ duas precedẽtes
q: ille cõueniunt nõ solũ speciebus specia
lissimis. sed etiã sub alternis ista vero con
uenit tm̃ specialissimis. Cõtra p̄dicari de
differentibus numero cõuenit etiã speciei
subalterne. Nã aĩal est species subalterna
⁊ predicatur inqd de sorte ⁊ platone er/
go nõ bene dictũ est ꝙ ista diffinitio cõue
niat tm̃ speciei specialissime. Rñdeo du/
pliciter ꝙ licet sit spẽs subalterna predice/
tur mediate de differẽtibus numero. non
tamẽ imediate. sed hoc cõuenit tantũ spe
ciei specialissime. Dico secũdo ꝙ ista diffi
nitio intelligitur cũ exclusione ⁊ est sensus
ꝙ species specialissima predicat̃ de diffe/
rentibus numero solũ. Contra hoc cõue/
nit etiã speciei subalterne. aĩal enim predi
catur de sorte ⁊ platone qui differunt solũ
numero. Respõdeo ꝙ li solũ in illa ꝓpo/
sitiõe põt duo determinare: aut eni deter
minat li differẽtibus. vt sit sensus. species
specialissima predicatur de differentibus
solũ numero. ⁊ sic nõ ĩtelligit̃ hic: aut de
terminat li predicatur vt sit sensus ꝙ spẽs
specialissima predicat̃ solũ de differentib⁹
numero. ⁊ sic nõ cõuenit speciei subalter/
ne: que nõ solum de differentib⁹ numero
sed etiã de differẽtibus specie p̄dicat̃. Se
cundo arguit̃ sic. quicquid p̄dicatur de al
tero inquid dicit totũ illud de quo predi/
catur. alioquin nõ diceret totã ei⁹ quiddi/
tatẽ ⁊ sic nõ predicaret̃ quidditatiue. sed
species nõ dicit totũ indiuiduũ ergo nõ p̄
dicatur inquid de indiuiduis. minor ꝓbat̃
species nõ dicit principia quibus ĩdiuidu/
um indiuiduatur ergo nõ dicit totũ ĩdiui/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.6.39

duum. Cõsequẽtia p3 q: talia ꝑncipia sũt aliquid ipsius indiuidui antecedẽs ꝓbat᷑ spẽs dicit solã nãm cõem puta hõ significat tm̃ aĩal rõnale: ergo non significat ipsa ꝑncipia: q̃ nõ sunt nã cõis. imo icomunicabilia. Respõdeo negat᷑ minor ad ꝓbationez negat᷑ antecedẽs ad cuius euidentiã ẽ sciendũ ꝙ sortes hõ ⁊ humanitas idez significãt l3 diuersimode: vt d̃clarat. s. doc. in tractatu de esse ⁊ essentia. Humanitas .n. quia significat abstractiue. significat tm̃ id quo hõ ẽ hõ ⁊ nõ aliud: q: abstractũ ẽ id quo solo ⁊ quo toto aliq̃d est tale quale denominat᷑ ꝑ cõcretũ. hõ aũt nõ solũ humanitatẽ significat: s3 ẽt principia idiuiduãtia. iplicite tñ ⁊ nõ explicite: q: nõ significat illa determinate: s3 q: significat naturã humanã i cõcreto siue vt est i supposito. non exprimens hoc aut illud suppositum ideo iplicite ⁊ indeterminate significat principia indiuiduantia suppositum vero significat explicite ⁊ nãm ⁊ ꝑncipia indiuiduantia. sufficit ergo ꝙ spẽs iplicite significet tm̃ indiuiduum ad hoc ꝙ de ipso qui datatiue ꝑdicet᷑. Tertio arguit᷑ sic idẽ ẽ ꝑdicari de differentibꝰ numero qd̃ ꝑdicari de indiuiduis: s3 i diffinitõe spẽi ñ possunt poni indiuidua: ergo neq3 hoc qd̃ ẽ ꝑdicari de differẽtibꝰ numero maior p3 minor ꝓbat᷑. Si indiuiduũ ponit᷑ i diffõne spẽi aut ponit᷑ vt genꝰ aut vt dr̃ia aut vt sub3 aut vt correlatiuũ. Nõ p̃mũ q: indiuiduũ nõ ẽ genꝰ spẽi quũ nõ sit supiꝰ ad eã. Nõ scd̃m qa spẽi spãlissime nõ sunt differẽtie. Nõ tertiũ q: spẽs nõ ẽ i indiuiduo sic accidens in subo. Nõ quartũ q: vnius relatiui ẽ tm̃ vnũ corelatiuũ eiusdẽ rõnis: s3 correlatiuũ spẽi ẽ genus. ergo indiuiduũ nõ ẽ eiꝰ. Rñdeo qd̃ ponit᷑ in eius diffõne tãq3 corelatiuũ. Ad iprobatione dico ꝙ vnum põt pluribꝰ relationibꝰ referri ad deuersos terminos: ⁊ sic ẽ i ꝓposito. Na3 spẽs quãtũ ad relationẽ inferioritatis habet ꝓ suo termino genꝰ quãtũ v̾o ad relatiõem supioritatis refert᷑ ad indiuiduũ. Et ꝓpter hoc ẽt assignant᷑ spẽi plures descriptiões.

Spẽs .n. est inferior genere oẽ aũt inferiꝰ cõtinet᷑ sub suo supiori: ⁊ recipit eiꝰ ꝑdicationẽ. Prima ergo diffõ ꝯuenit spẽi ad ꝑ cõparationẽ quã h3 ad genꝰ vt ꝯtẽti continẽs. Scd̃a v̾o inquãtũ recipit eiꝰ ꝑdicationẽ. ⁊ tertia ꝑ cõparationẽ ad indiuidua de qbꝰ ipsa species predicatur.

Planũ aũt erit: i ista ꝑte declarat Porphy. ꝑdictas diffõnes spẽi. ⁊ p̃mo p̃mã. Scd̃o alias duas. ibi. (Assignato ãt gñe.) Circa p̃mum intẽdit hãc rõnẽ. Omne iferius ꝯtinet᷑ sub suo supiori: S3 spẽs ẽ inferior genere ergo sub genere ꝯtinet᷑: Sed q: vbi ẽ relatio superioritatis ⁊ inferioritatis ibi ẽ ordo: ꝓpterea ꝯsequẽter declarat ordinẽ ꝑdicamẽtalẽ dicens ꝙ in oĩ ꝑdicamẽto ẽ qd̃dã generalissimũ ⁊ aliq̃ spãlissima supra genꝰ generalissimũ nõ est aliud genus. Et ĩfra spẽm spãlissimã nõ est alia spẽs: sed ĩter generalissimũ ⁊ spẽs spãlissimas sunt aliq̃ media q̃ vt cõparant᷑ ad genus generalissimũ sunt spẽs: ⁊ vt cõparãtur ad spẽs specialissimas sũt gña ⁊ exemplificat de ꝑdictis. Nã subꝰa ẽ genꝰ generalissimũ: ⁊ hõ est spẽs spãlissima ⁊ horũ intermedia sunt animal corpus ⁊ viuens.

¶ Dubitat᷑ p̃mo q̃re quũ dixerit in vno quoq3 ꝑdicamẽto eẽ vnũ generalissimu3 dixit postea eẽ plura spãlissima: ⁊ nõ solũ vnũ. Respõdet᷑ p̃mo ꝙ ipossibile ẽ i vno quoq3 ꝑdicamẽto eẽ plura generalissima: sed ibi est tãtũ vnũ qd̃ ẽ ꝑncipiũ totiꝰ illiꝰ coordinatiõis. Ubi .n. sunt duo generalissima sunt ẽt due coordinatões: ⁊ duo predicamenta. Species vero spãlissime non sunt principiu3 coordinationis: sed sub ea continẽtur ⁊ ideo possunt esse plures q: nõ repugnat aliqua plura quorum vnum sub alio mõ cõtinetur cõtineri sub aliquo tertio. Dico secundo ꝙ etia3 loquitur de generalissimo in plurali: ait .n. sic. In vno quoq3 predicamento sunt quedam generalissima ꝙ quidem non est exponendu3 distributiue: sed colectiue ⁊ est sensus qd̃ est i vno quoq3 idest i omnibꝰ simul sum/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

ptis sunt quedam generalissima. ¶ Du-
bitatur secũdo quare sicut species subal-
terna diuiditur in plures species. Nõ sic
etiam diuiditur species specialissima. Re
spõdeo ꝙ diuisio alicuiꝰ in species est diui
sio formalis: qꝛ diuisio generis fit ꝑ drias
formales: que constituunt speciem ⁊ eã
ab alijs formaliter ⁊ specifice distingunt.
Diuisio autem speciei specialissime nõ est
per differentias formales sed per materi
am: quia principiũ distinctiuum duorum
indiuiduorum in eadem specie non est ali
qua differẽtia specifica: ⁊ ideo species spe
cialissima non potest diuidi in alias species
quia non hꝫ differentias diuisiuas. ¶ De
inde quum dicit (quare hec quidem) in-
fert ex dictis quoddam correlarium di-
cens ꝙ generalissimum habet tantuꝫ vnã
habitudinem ad inferiora. ⁊ specialissimũ
habet tantum vnam ad superiora. In-
termedia vero habet duas vnam. s. ad su
periora ⁊ aliam ad iferiora. ¶ Cõtra hoc
ꝙ continet ⁊ continetur habet duas habi
bitudines: vnam ad continens: aliam ve-
ro ad contentuꝫ: sed species specialissima
continetur a genere: ⁊ continet indiuidua
igitur habet duas habitudines. Respon-
deo primo ꝙ species vt species refertur
tantum ad genus: cuius ratio est. quare
species dicitur a specificando: est autẽ spe
cificatiua solius generis: ⁊ ideo dicitur tan
tum ad genus: ⁊ sic loquitur in hoc lo-
co. Por. licet species per relationem su-
perioritatis dicatur ad indiuidua. Uel di-
ci potest. ꝙ Por. non intendit dicere ꝙ
species non dicatur ad indiuidua: sed solũ
vult dicere ꝙ species specialissima nõ est
genus suorum inferioruꝫ sicut species sub
alterna: que vt comparatur ad sua supe-
riora est species: ⁊ vt comparatur ad sua
inferiora est genus. Species auteꝫ specia
lissima habet semper tantum vnam habi
tudinem scilicet habitudinẽ speciei. quam
habet in ordine ad genus. ¶ Deinde
quum dicit (determinant ergo) declarat
quid sit generalissimuꝫ: ⁊ quid sit species
specialissima. Dicens ꝙ species specialissi
ma est que quum sit species non potest eẽ
genus nec potest diuidi ĩ alias species: vt
supra declaratum fuit. Generalissimum
vero est qd quũ sit genus nõ põt eẽ spẽs.
Itẽ gñalissimũ est supra quod non est ali-
ud genus ⁊ declaratur exemplo: naꝫ iup-
piter est vltimuꝫ ad quod relatiue dicitur
Agamemnon atrides ⁊ Pelopides.
Deinde quum dicit: sed in familijs ponit
differentiam inter hoc exemplum ⁊ ipsũ
generalissimuꝫ quia omnes qui sunt in ali
qua familia reducuntur ad vnum primũ
principium: generalissima vero non redu
cuntur ad aliquid quod sit e orũ principiũ
Nã si esset aliquod cõmune genus omnĩ-
bus generalissimis maxime esset ens: sed
ens non est genus ergo ⁊c. patet maior
sed minor probatur. nullum genus pre-
dicatur equiuoce: sed ens predicatur equi
uoce: ergo non est genus. Utrum au-
tem ens dicatur equiuoce vel vniuoce: al
terius negocij est. ¶ Sciendum tamen
ꝙ ens non est pure equiuocum: alioquin
in primis principijs per se notis esset equi
uocatio qꝛ in eis ponitur ens siue esse vel
non esse. Et per consequens si poneretur
in argumentatione committeretur falacia
equiuocationis. Non etiam predicatˀ oi-
no vniuoce: qꝛ omne commune vniuocũ
contrahitur ad sua inferiora per aliquid ꝙ
est extra rationeꝫ illius superioris sicut ani
mal contrahitur ad hominem per ratio-
nale. de cuius ratione non est animal: sed
nihil est de cuius ratione non sit ens: ergo
non est vniuocum: sed dicendũ est ꝙ pre
dicatur analogice. i. per prius de vno q̃ʒ d̃
alio. per prius de suba ⁊ per posteriꝰ de
accidente. ¶ Deinde quum (dicit deceꝫ
qdem sunt) ponit differentiam inter ge-
neralissima ⁊ specialissima ⁊ indiuidua.
Dicens ꝙ generalissima sunt tantum de-
cem specialissima vͦo sunt in quodaꝫ nu-
mero finito: non tamen nobis noto: qꝛ nõ
cognoscimus omnes species rex. indiui-
dua vero sunt infinita sm Philosophos

successiue. Quia enim ipsi dicant mundū
fuisse eternum. dicunt etiam generationē
fuisse ab eterno: ⁊ fuisse ante nos infinitos
homines non quidem simul sed per suc/
cessionem. ¶ Deinde quum dicit (qua
pp) infert ex dictis duo correlaria secun/
dum est ibi (descendentibus igitur) Di/
cit itaqꝫ primo ꝙ descendēdo ꝑ diuisionē
a generalissimo ad speciem specialissimā
quiescendum ē i ea nec ē procedendū ad
indiuidua. ¶ Probatur hoc correlariū tali
ratione ad ea non est procedendum in q/
bus reperitur infinitas: q2 nō contingit in
finitum pertransire: sed indiuidua sunt in
finita vt dictum est ergo ⁊c. Ex hoc sequi
tur ꝙ indiuiduorum non est sciētia proba/
tur sic. De ifinito non est scientia sed indi/
uidua sunt infinita: ergo de ipsis non ē sci/
entia. ¶ Deinde quum dicit (descenden
tibus igit̄) ponit aliud correlariū dicēs
ꝙ desensus a generalissimo ad specialis/
sima fit per diuisionem .s. generis ꝑ diffe/
rentias. verbi gratia. sic descēditur a suba
ad hominem. Substantiarū alia corporea
alia incorporea. Corporearum alia est vi/
uens alia non viuens. Uiuentiū alia sen/
sitiua alia n̄ sensitiua: sensitiuarū alia rōalis
alia irrationalis. Substantia corporea vi/
uens sensitiua rationalis est homo. Asen/
sus vero a specialissimis ad generalissima
sit colligendo omnia genera superiora ⁊
omnes eorum differentias. Quare i spe/
cie specialissima sunt omnes differētie su/
periorum generum. Homo enim ⁊ est
rationalis ⁊ sensitiuus ⁊ viuens ⁊ corpo/
reus. Quum igitur singularia ⁊ minus cō
munia sint diuisiua magis communis: ⁊
magis cōmune contineat minus cōmu/
nia que in ipso vniuntur. Naꝫ plures ho
mines sunt vnus homo participatiōe spe
ciei: sequitur ꝙ a magis cōmuni ad minus
cōmune proceditur diuidendo ⁊ a minus
cōmuni ad magis cōmune ꝓceditur col/
ligendo. ¶ Uidetur esse falsum ꝙ su/
perius plura cōtineat q̄ꝫ inferius puta ge
nus q̄ꝫ species: q2 id quod se hꝫ ex addi/
tione ad aliud continet ipsum ⁊ aliquid
plus: sed inferius se habet ex additione
ad superius: homo enim addit rationale
ad animal: ergo inferius plura cōtinet q̄ꝫ
superius. Respondeo duplex est continē
tia vna potentialis. alia vero actualis su/
perius plura continet potentialiter q̄ꝫ infe
rius. Animal enim non soluꝫ continet ho
minem: sed etiam alias species animalis
homo aut continet tantum indiuidua na/
ture humane. Dicitur vero ista continen
tia potentialis: non ad hunc sensum ꝙ iste
species contente sub genere sint tantum i
potentia: sed dicuntur contineri potētiali
ter a genere: q2 non sunt de rōne eius: quū
nulluꝫ posterius sit de ratione prioris. Si
vero loquamur de continentia actuali: sic
dico ꝙ species plura continet. Naꝫ quic/
quid est de ratione animalis est etiam de
ratōe hominis ⁊ aliquid plus: q2 de rōne
hoīs est rationale qd̄ tamen nō ē de rōne
animalis. aliogn omne animal eēt rōnale.
¶ Uidet̄ scd̄o eē falsum ꝙ plures hoīes
sint vnus hō ꝑticipationē spēi: q2 q̄cūqꝫ sūt
vnū ꝑticipatione spēi sūt vnū realit̄: sed
plures hoīes nō sūt vnus hō realiter: ergo
⁊c. maior pꝫ: q2 nrā specifica est ens reale
minor probatur. Quecūqꝫ sunt vnū rea/
liter aliquā habēt numero naturā: sed plu
res hoīes n̄ hn̄t eādē nāꝫ numero ergo ⁊c.
Rn̄deo ꝙ vnū dr̄ q̄tuor modis: vt dicit
phūs tertio metaphysice. s. vnū numero
vnū spē vnū gn̄e ⁊ vnū analogia vnitas
numeralis est vnitas realis ⁊ ē vnitas sim
pliciter. Alie vero vnitates sunt vnitates
rōnis ⁊ sꝫ qd. nā enim specifica est reali/
ter plures ⁊ ē realit̄ distincta in indiuiduis
sed efficitur vna per apprehensionem in/
tellectus abstrahentis eam a principijs in
diuiduantibus. Ad argumētū ergo negatur
maior ad ꝓbationē negat̄ ꝯn̄a: q2 lꝫ nā spe
cifica sit ens reale eius: tamen vnitas non
ē realis sꝫ sꝫ rōnē tantū. ¶ Deinde quū
dicit (assignato āt genere) q2 aliquā mē/
tionē fecit. ¶ Porphyrius de ordine p̄dica
mētali in quo ponūtur superiora ⁊ iferiora

declarat quomõ se habeat supiora ⁊ infe-
riora quantũ ad predicationẽ ⁊ quia poni-
tur aliqua differentia in hoc inter vniuersa
lia ⁊ idiuidua ideo declarat secũdo qd sit
indiuiduũ. tertio infert quoddã corelariũ
Dicit igit declarato qd ẽ gen⁹ ⁊ qd ẽ spe-
cies ⁊ dicto ꝙ genus est vnũ species aũt
plures videndũ est quomõ se habeant ad
predicationẽ. Dubitat an habeat veritatẽ
ꝙ gen⁹ necessario habeat plures species.
Ad hoc Respõdeo ex sentẽtia sancti doc.
prima sniarũ disti. xix. qõne q̃rta arti. secũ
do ꝙ omne genus necessario habet plu-
res spẽs in actu spẽs aũt necessario habet
plura indiuidua vel in actu vel in potentia
vel aptitudine ꝙ tam spẽs q̃3 genus neces
sario habeat plura sic probat. Omne vni-
uersale necessario cõtinet sub se plura quũ
sit de multis tanq̃3 inferioribus predicabi
le. Sed genus ⁊ spẽs sunt quedã vniuer
salia ergo cõtinent plura sub se. Quod aũt
genus cõtineat actu plures spẽs: sic decla
ratur differentia diuisiua generis est cõsti
tutiua spẽi: nec esse possibile est aliquam
differentiã quin per ipsam cõstituat spẽs:
tot ergo sunt spẽs sub genere: quot sũt dif
ferentie diuise generis sed cuiuslibet gene
ris sunt plures differentie diuisiue: quum
omne genus diuidat saltẽ duabus differẽ
tiis vt dicit. x. metaphysice ergo sub quo
libet genere sunt actu saltẽ due spẽs. Nõ
dico aũt eas esse actu. i. actualiter existere
in rerũ natura sed q: semꝑ sunt spẽs talis
generis: dato enĩ ꝙ nullũ animal esset in
rerũ natura: adhuc homo ⁊ asinus esset
spẽs animalis. Species aũt non habet ne
cessario plura indiuidua actu: q: diuiditur
in indiuidua per materiã: possibile autem
est totã materiã capacem alicuius forme
actuari per eam: vt p3 de materia solis:
⁊ tunc in tali specie erit tñ vnũ indiuiduũ
sunt tamẽ semꝑ plura indiuidua in poten
tia q: possibile est: ꝙ deus creet vnũ aliũ
solem: alique vero spẽs continẽt plura idi
uidua non quidẽ actu neq3 potentia: sed
tñ aptitudinẽ: sicut sunt spẽs angelorũ in
quibus nõ possunt eẽ plura idiuidua eius-
dẽ spẽi: q: idiuidua in eadẽ spẽ nõ distingũ
tur nisi per mã3. in angelis autẽ nõ est mã
Sunt tñ plura idiuidua aptitudine: q: q̃li
bet forma de se est apta nata de pluribus
cõmunicari: l3 cõtingat ꝙ cõmunicari nõ
possit q: tota eius ꝑfectio continet in vno
idiuiduo. Ex quo p3 ꝙ potentia ⁊ aptitu-
do differũt. Nã aptitudo dicit solũ nõ re-
pugnantiã: si enĩ aliqs hõ sit cecus a natiui
tate ipse nõ habet potentiã vt videat: est tñ
aptus nat⁹ videre alioqn nõ eẽt priuat⁹ vi
su quũ priuatio nõ sit nisi negatio in subie-
cto apto nato. Differentie etiã diuisiue ge
neris per se nõ sunt genera. ea vero qbus
diuidit spẽs i idiuidua nõ per se cõueniũt
spẽi. Prima cõclusio quã ponit in prima
parte est ista. Oĩa supiora ꝑdicant de suis
iferiorib⁹ hãc ꝓbat auctor iductiue Rõne
aũt ꝓbatur sic quicqd significat essentiã ali
cuius predicat de ipso in recto: sed supio-
ra significãt essentiã iferiorẽ: ergo de ipĩs
etiã in recto ꝑdicat ⁊ ex hoc ꝯcludit secũ
da diffinitio spẽi: que erat qõ spẽs est de
qua gen⁹ inqd ꝑdicat: si enĩ omne supius
ꝑdicat inqd de iferiori: ergo genus ꝑdica
tur inqd de spẽ q: est supius ad eã. Secũ
da ꝯclusio inferiora nõ ꝑdicant de supiori
bus. Sciẽdũ est ꝙ duplex ẽ ꝑdicatio vna
est directa alia vero idirecta Porphy. lo
quit de directa ꝑdicatione q: de idirecta
cõstat inferiora dici de supiorib⁹. Arguit
ergo sic pro ꝯclusione oĩs ꝑdicatio directa
aut est equalis de eq̃li. aut maioris de mi
nori sed nullũ inferius est eq̃le. aut maius
suo supiore ergo ⁊c. minor ꝓbat. Jd qõ
ab alio excedit nõ est eq̃le nec maius eo:
sed omne iferius excedit a supiori ergo.
Et supius nõ tñ ꝑdicatur de illo iferiori.
sed etiã de aliis: sic p3 ꝙ aĩal non tñ dicit
de hoĩe sed etiã de equo. Ex hoc sequit
ꝙ ꝑdicatio generis de spẽ est ꝑdicatio ma
ioris de minori q: genus se habet in plus
q̃3 quelibet suarũ spẽrum vt dicit san. doc.
in tractatu de nã generis ca. iiij. in fine vbi
sic ait esse in equo cũ hoĩe vel esse in plus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

non conuenit ſm ſe animali predicato de homine. ſed vtrunq; poteſt ei accidere. ſi enim quum dicitur homo eſt animal con ſideretur natura animalis abſoluta. ſic nõ erit in plus animal q̄ʒ homo: ſed in equo ſe habet: ⁊ multiplicatis hominibus: multiplicantur animalia: ⁊ quum homo eſt animal nihil reale eſt in predicato: quod non ſit in ſubiecto. nam animal qđ dicitur de homine nõ eſt aliud q̄ʒ ipſe homo. ſed quia accidit animali predicari de homine. iđ dictum eſt ꝙ accidit ſibi eſſe equale cum homine. Quãdo dicit ſanct[9] Thomas ꝙ accidit animali predicari de homine. non intendit dicere. ꝙ animal dicatur per accidens de homine. ſed q: animal poteſt eſſe. dato ꝙ homo non ſit. iđ accidit ei predicari de homine: quuʒ poſſit predicari de alijs animalibus. dato ꝙ de homine non predicaretur. Si autem cõſideratur natura animalis: vt ſubtracta intentioni vniuerſalitatis propter vniformitateʒ q̄ʒ accipit ab anima. ſic erit ĩ plus ⁊ cõmunius q̄ʒ ſubiectum de quo dicitur: quia a parte predicati: predicatur vniformitas illa. non auteʒ a parte ſubiecti. ⁊ ſic non plurificatur predicatum ad multiplicationem ſubiectorum. immo manet vnũ de multis predicatum. Et quia hoc logicum eſt ideo non conuertitur conſequentia ab animali ad hominem. ab animali in quam quod de homine predicatur: hec ille eſt quaſi formaliter. Ex his patet ꝙ logice loquendo predicatio gñris de ſpecie eſt maioris de minori. ¶Patet etiam ꝙ vnitas quam dicit vniuerſale eſt vniformitas vt ſupra dicebatur. Conſtat autem vniformitatem eſſe relatione ⁊ propter hoc ſupra dicebat᷑ ꝙ termini quos conſiderat logicus ſignificat reſpectus. dico ſecundo ꝙ etiaʒ phyſice loquendo p̄dicatio generis de ſpecie puta aĩalis de homine ẽ predicatio maioris de minori. Ad cuius euidentiam eſt ſciẽdũ vt dicit. ſ. doc. in tractu de eſſe ⁊ eſſentia. ꝙ animal poteſt dupliciter conſiderari. Uno modo ſʒ eſſe quod habet in homine tantum. ⁊ ſic eſt equale homini: ⁊ ſic omne animal habens tale eſſe eſt homo: ⁊ ſm eſſe quod habet in aſino eſt equale in aſino. Alio modo poteſt conſiderari vt abſtrahit ab omni eſſe ſiue in homine: ſiue in alijs: inquantum tamen quodlibet illorum eſſe: poteſt ſibi conuenire: ⁊ iſto modo eſt predicatio maioris de minori q̄ʒ ſi predicare tantum ſm iſte quod habet in homine. ¶Predicatur eniʒ hoc modo non ſoluʒ ſm eſſe qđ habet in homine tantum: nec ſm eſſe qđ hʒ in aſino ſed abſolute. ¶Deinde quuʒ dicit de quibus autem ſpecies. probat autem diffinitionẽ ſpeciei tali ratione. omne ſuperius predicatur inquid de inferioribus: ſed ſpecies eſt ſuperior indiuiduis: ergo de eis predicatur inquid. non ſolum autem ſpecies ſpecialiſſima dicitur de indiuiduis: ſed etiam genus ſubalternum ⁊ genus generaliſſimum: quia iſta ſunt ſuperiora: ⁊ ad ſpecies: ⁊ ad indiuiduum. ipſum autem indiuiduum predicatur de vno ſolo. ¶Contra arguitur primo aliqs homo eſt indiuiduum: ⁊ tamen predicatur de multis. ¶Nam ſortes eſt aliquis homo ⁊ ¶Plato eſt aliquis homo ergo ⁊c. maior patet minor eſt probata. ¶Reſpondeo ꝙ duplex eſt indiuiduum aliud eſt indiuiduum vagũ. ſicͭ aliquis homo ꝙ quidem dr̄ indiuiduũ vagum: quia ſignificat cum quadam euagatione non exprimendo determinate hoc vel illud: ⁊ tale indiuiduum de multis predicatur: non tamẽ eſt ſpecies vt declarabitur in predicamẽtis in capitulo de ſubſtantia. Aliud eſt indiuiduum ſignatum vt ſortes: ⁊ tale non poteſt de multis predicari: ⁊ de iſto loquitur auctor: vt patet per exempla que ponit. Contra ſortes predicatur de iſto ſorte ⁊ de illo: ſed iſta ſunt plura. ergo predicatur de pluribus ⁊ per conſequens. nõ tãtum de vno. ¶Reſpondeo ꝙ non predicatur de illis pluribus ſm rẽ: ſed ſoluʒ quã tum ad vocem. Ad cuius euidentiam eſt ſciendũ nomen dicitur predicari de mul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

tis quantum ad rem. quum res per nomen significata conuenit multis: sicut qꝛ humanitas conuenit multis: ideo hoc nomen homo significans humanitatem de omnib⁹ hoīb⁹ ſm rem predicatur: quia in omnibus est idem significatum. Hoc nomen sortes ⁊ alia nomina indiuiduorum significat naturam ⁊ determinata princcipia que eam distingunt: ⁊ quia talis nā cū illis principijs in nullo alio reperi pōt iō tm̄ de vno ſm rem p̄dicat᷑. Ex hoc seq̄t᷑ ꝙ hoc nomē sortes: vt dr̄ d̄ isto ⁊ de illo sorte ē nomen equocū: qꝛ dr̄ de eis solū ſm nomen ⁊ non ſm vnaꝫ ⁊ eādem rem significaꝫ. Scd̄o arguit᷑ sortes est indiuiduū ⁊ Plato ē indiuiduū: sꝫ isti sunt plures: ergo indiuiduū de pluribus dr̄. Respondeo ꝙ īdiuiduum potest accipi dupliciṫ. Uno modo formaliter. s. quā tum ad ipsam intentionē ⁊ relationem significatam per hoc nomen īdiuiduuꝫ. Et ita dico ꝙ de oībus illis predicatur q̄bus talis ratio tribui potest. Alio modo accipitur denominatiue. s. pro re que denominatur indiuidua. ⁊ sic de vno tantum predicatur. illa enim res que est sortes non ē illa res indiuidua que est Plato. ¶ Deinde quum dicit indiuiduum. n. dicit᷑ declarat exemplr̄: quid sit indiuiduuꝫ dicēs ꝙ indiuiduum est sortes ⁊ hoc album: ⁊ Sophronicti filius ex quo innuit ꝙ triplr̄ aliquid dr̄ indiuiduum significatuꝫ. aliqd̄ enim explicite significatur per aliquod nomen vt sortes. Aliquod significatur ꝑ pronomen demonstratiuum vt iste. Aliquod significatur circūlocutiue vt dicendo fili⁹ sortis si sortes habeat tantum vnum filiū. ¶ Deinde quuꝫ dicit (indiuiduū ergo) probat ꝙ ista sint īdiuidua tali ratione: illud est indiuiduum qd̄ constat ex proprietatibus quarum collectio in alio esse non potest: sed sortes est huiusmodi. ergo est indiuiduum minor probatur. Nam figura ⁊ alia accidentia sortis: que sunt forma locus patria ⁊ huiusmodi nō sunt in alijs. Ad euidentiam vero minoris est sciendū vt dicit. s. doc. prima parte. q. xxix. articulo quarto in corpore. ꝙ duo sunt de ratione indiuidui primum est ꝙ sit in se indiuisum: quia omne indiuiduum est vnum: vnum autem est ens indiuisum. secundū est ꝙ distinctum sit ab omnibus alijs que sunt eiusdem speciei cum eo si contingat aliquod aliud esse ī rerum natura. Istius autem distinctionis principium est quantitas vnde quantitas est causa distinctionis indiuiduorum. alia vero accidentia puta locus. patria figura ⁊ huiusmodi sunt signa predicte distinctionis. ¶ Deinde quum dicit (continentur igitur) infert ex dictis istud correlarium indiuidua continentur a specie ⁊ species a genere. Quod sic probat omnis pars continetur a suo toto: sed indiuiduum est pars speciei: ⁊ species est pars generis ergo ⁊c̄. Ex hoc sequitur vlterius ꝙ species est totum ⁊ ꝑs per comparationem ad diuersa. est enim pars respectu generis: ⁊ est totum respectu indiuiduorum. ¶ Contra arguitur sic id ex quo aliquid cōstituitur est pars ei⁹. sed indiuiduum cōstituitur ex natura specifica: ⁊ ex principijs indiuiduantibus. ergo species est pars indiuidui ⁊ per consequens indiuiduum. non est pars speciei. alioquin idem esset totum ⁊ pars respectu eiusdem quod est absurdum. Respōdeo ꝙ non est inconueniens aliquid esse totum ⁊ pars respectu eiusdem ſm diuersas considerationes. Sicut enim dicit s. doc. prima parte questione. lxxxj. articulo. ij. ad secundum. omne inferius est ꝑs subiectiua sui superioris. ⁊ omne superius est pars diffinitiua sui inferioris: in diffinitione enim speciei ponitur genus vt vna pars: ⁊ ponitur differentia vt alia pars. similiter indiuiduum vt indiuiduum est componitur ex natura specifica tanquam ex substantia ⁊ ex principijs indiuiduantib⁹. tanq̄ꝫ ex his q̄ naturā illā determināt. Ultimo epilogat ita dictum eē de specie ⁊ genere ⁊ indiuiduis sicut declarauimus supra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

d Jfferentia vero communiter postq̃ Porphyrius tracta- uit de genere ⁊ specie que pre dicãt̃ in q̃d. nũc agit de alijs tri bꝰ vniuersalibus que predicat̃ in quale ⁊ primo de differentia que predicatur in q̃ le essentiale. secundo de proprio ⁊ accidẽ- te que predicatur in quale accidẽtale. Cir ca primum duo principaliter agit. primo ponit tres diuisiones differẽtie: vt eliciat eam que est ad propositum suum. secun do eam diffinit ibi (quas etiam determi- nates) Prima diuisio est ista differentia- rum aliqua est communiter dicta aliqua proprie ⁊ aliqua magis proprie. Suffici- entia vero huius diuisionis est: q2 om- nis differentia facit differre: vel ergo facit diferre accidente separabili: ⁊ sic est diffe rentia cõmuniter dicta: vel accidente in se parabili ⁊ sic est differentia proprie dicta: vel facit diferre specifice: ⁊ sic est differẽ- tia magis proprie dcã. Accidens separa- bile est vt albedo. sortes enim albus di- fert a seipõ nigro ⁊ sortes puer differt dif ferẽtia cõmuniter dicta a seipso sene. Ad huius euidentiam est sciendum ꝙ diffe- rens est relatiuum. Est autem duplex re latio quedam enim est realis: ⁊ hec non potest esse nisi inter extrema actu existen- tia: vt dicit. s. doc. in. q. de potentia dei ar- ticu vndecimo. Et hoc modo non differt Sorter puer a seipso sene: q2 nũq̃ est si- mul puer ⁊ senex. Alia est relatio ratio- nis: ⁊ hec potest esse iter ens ⁊ non ens: sicut inter preteritum ⁊ futurum est re- latio prioris ⁊ posterioris: sicut dicit ibidẽ Et hoc modo sortes puer est differens a seipso sene. ¶ Cõtra predicta arguit̃ pᵒ Nam accidens separabile faciat differre specie ab homine nigro: sed ista differen- tia non est nisi per albedinem ⁊ nigredi- nem: que sunt accidentia separabilia ergo ⁊c̃. Secũdo arguitur ꝙ dicta diuisio sint i sufficiens. Differentia cõmunis propria ⁊ magis propria differunt. ergo per aliaz differentiaz que nulla istarum est. Respõ deo ad secundum sicut dicit phs decimo metaphysice. ⁊. S. D. in. q. vij. de potẽ- tia dei articulo tertio ad secundum ꝙ ali- ud est dicere aliqua esse diuersa aliud est dicere ea differre. Nam quecũq̃ sunt ⁊ non sunt idem sunt diuersa: differens ve- ro est relatiuum. vnde oportet ꝙ que- cũq̃. differunt aliquo modo differant. Dico igitur ꝙ differentie non differunt alioquin iretur in infinitum: sed sunt diuer se non per aliquod eis additum: sed seip sis. Ad primũ negatur maior: quia albe- do ⁊ nigredo non sunt genus neq̃ spe- cies ad hominem. Potest etiam dici: vt dicit san. Doc. q. nona de potentia ad xviij. ꝙ dupliciter potest aliqua differre specie. Uno modo speciei nature: sicut homo ⁊ asinus differunt: quia habent na turas specifice distinctas ⁊ talis est ꝓprie differentia specifica: nec potest esse de ac cidente sepabili. Alio mõ differũt aliqua spẽ ꝓprietatis: q2. s. hñt qualitates spẽ di- stinctas ⁊ hoc nõ ẽ ꝓprie differre dr̃ia spe cifica: ⁊ põt fieri ab accidente separabili. Contra arguitur sic cõgregatiuũ ⁊ disgre gatiuum visus sunt accidentia separabilia a subiecto quo sunt. sed ista faciunt differ re specie nature albedinem ⁊ nigredinẽ. ergo ꝙ accidentia separabilia possunt fa- cere differre specie nature. Respondeo ꝙ licz predicta sint separabilia a subiecto sunt tamen differentie magis proprie di- cte ⁊ essentiales per comparationem ad ipsam albedinem ⁊ nigredinem. ¶ De inde quum dicit (differentiarum quidẽ) distingit triplr̃ ꝑmas duas dr̃ias a tertia. Primo q2 due ꝑme faciũt tm̃ alteriatuz ꝙ ẽ differre accidẽtalr̃. tertia vͦ facit ali- ud: ꝙ q̃dem est differre essentialiter. Se- cundo q2 dr̃ie que faciunt aliud dicuntur specifice. alie vero non sed retinent sim- plex nomen differentie: cuius ratio dice- tur in suo simili capitulo de proprio. Ter tio q2 differentie que faciunt aliud sũt diui siue gñis i species: ⁊ ingrediuntur diffini tionem speciei. alie vero non sed ꝑm eas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

sunt alterationes vt commutatur aliquid de albedine in nigredinem albedo enim non est diuisiua animalis in species nec est de diffinitione hominis sed homo secundum eam alteretur et transmutetur. ¶ Deinde quum (dicit a superioribus igitur) ponit secundam diuisionem que talis est: differentiarum alique sunt separabiles alique vero inseparabiles: differentie separabiles sunt sicut moueri et quiescere: et sanum et egrum esse. Inseparabiles vero: vt sanum et rationale: Ista diuisio est eadem cum precedenti: sed reducitur ad bimembrem: nam differentia separabilis est differentia communiter dicta: differentia vero inseparabilis est tam illa: que proprie dicitur quam illa que magis proprie dicitur. ¶ Contra exempla philosophi arguitur sic moueri est inseparabile a celo: ergo non est accidens separabile. Secundo quiescere est inseparabile a terra ergo idem quod prius. Ad primum dico quod dupliciter dicitur aliquid inseparabile: vno modo quia a nullo in quo sit separari potest: sicut sanitas est ab animali non est inseparabilis. Alio modo quia licet respectu alicuius subiecti sit inseparabile est tamen separabile respectu alterius et hoc modo moueri est separabile quia multa que mouentur possunt quiescere: eodem modo potest dici ad secundum. Uel dicitur quod licet a tota terra non possit separari quies: potest tamen separari a partibus eius gleba enim terre moueri potest. Deinde quum dicit (inseparabilium) ponit tertiam diuisionem: que est quod differentiarum alique sunt per accidens vt nigredo corui alique vero per se vt rationale et discipline susceptiuum. Sciendum quod ista diuisio est sub diuisio secundi membri precedentis diuisionis: vt patet ex textu: quia dicit (inseparabilium) alia per se alia per accidens. Sciendum secundo quod licet rationale et discipline susceptiuum per se conueniat homini differenter tamen: nam rationale conuenit homini in primo modo dicendi per se quum sic de diffinitione hominis: susceptiuum autem discipline conuenit ei in secundo modo: quoniam sit eius propria passio. Sciendum tertio sicut colligitur a sanc. doc. in tertio sententiarum distin. xviij. et quarto sententiarum distin. xliiij. quod mortale accipitur dupliciter vno modo pro natura cui conuenit mori: et sic est differentia essentialis hominis: alio modo accipitur pro habilitate ad moriendum: et sic non est differentia essentialis: sed propria eius passio. ¶ Deinde quum dicit. (ille igitur) distinguit dupliciter differentias per se a differentijs per accidens. Primo quia differentie per se faciunt aliud vt supra dictum est differentie vero per accidens faciunt alteratum. Secundo quia differentie per se non suscipiunt magis et minus differentie vero per accidens suscipiunt magis et minus. Quod autem differentie per se non suscipiant magis et minus: sic probat esse. Essentia substantie non suscipit magis et minus ergo nec differentie constitutiue que sunt idem cum tali essentia suscipiunt magis et minus. Sciendum est quod hoc est intelligendum de differentijs substantiarum. Differentie enim accidentium aliquorum possunt intendi et remitti. Nam sicut aliquid est magis vel minus album: ita est magis vel minus: disgregatiuum visum. ¶ Deinde quum dicit (cum igitur tres) resumit ea que dicta sunt supra dicens quod differentie per se et inseparabiles et magis proprie sunt diuisiue generis et constitutiue specierum sicut rationale et irrationale diuidunt animal et constituunt hominem et brutum: et idem dico de differentia animati et inanimati: et de differentia sensibilis et insensibilis. Iste textus construi debet intransitiue vt sit sensus de differentia animati. i. de differentia que est animatum et de differentia sensibilis. i. de differentia que est sensibile. ¶ Deinde quum dicit. (Quoniam ergo) eligit illud membrum de quo agendum est dicens quod pretermissis differentijs separabilibus et differentijs per accidens tractandum est de differentijs per se: quia iste valent ad diuisionem generum et ad diffinitiones specierum.

q Uas etiam (determinantes di
cunt). Postq̄ porphyrius di
uisit differentiam vt eam elice
ret que est ad propositū suū ꝛ
que sola est vnum de quinqꝫ vniuersali-
bus eā diffinit ꝛ circa hoc facit quinqꝫ ꝑm
ꝙ ponit quinqꝫ diffinitiones. Prima est
ibi: (differentia) Secunda ibi (diffiniūt)
Tertia ibi (describunt) Quarta ibi (assi-
gnant etiam: Quinta ibi (Interius autē)
Dicit igitur primo ꝙ prima diffinitio dif-
ferentie hec est. Differentia est qua spēs
habūdat a genere. Probaẗ autē sic eo ha
bundat species a genere: quod species ha
bet ꝛ non genus: sed species habet diffe-
rentiā quam genus nō habet: ergo diffe-
rentia est id quo species habundat a gene
re maior pꝫ minor probatur. Et primo ꝙ
species habeat differentiam vnūquodqꝫ
habet id ꝙ est de ratione eius: sed differē
tia est de ratione spēi ergo ꝛc. ꝙ vero non
habeat differentias probatur: si genus ha
beret differentias: aut haberet tm̄ vnam
aut duas: non tm̄ vnam. quia non est ma
ior ratio de vna q̄ꝫ de alia: non duas quia
opposita nō possunt inesse eidem: sed dif-
ferentie sint opposite: ergo ꝛc. Contra ar
guitur sic illud est habundantius qđ plu-
ra continet: sed genus ꝯtinet plura q̄ꝫ spe
species: ergo est habundantius maior no
ta minor ꝓbatur ex dictis supra ꝛ ex his
que dicuntur in predicamētis vbi ait phi
losophus ꝙ maior in genere q̄ꝫ in spē ter
minatio sit: ꝛ dictuꝫ est supra: ꝙ genus est
colectiuū plurium q̄ꝫ spēs. Respondeo si
cut dicit san. doc. in. xj. metaphysice: aliqd
continere plura q̄ꝫ aliud contingit dupli
ter vno modo in actu: ꝛ sic species plura
continet q̄ꝫ genus: qꝛ habet differentiam
que non est de ratione generis: sed est de
ratione spēi: alio modo in potētia: ꝛ sic ge-
nus continet plura. ¶ Deinde quum di-
cit (nā vnde habebit) respōdit cuidā taci-
te obiectioni: posset eniꝫ aliquis dubitare
si species habet differentiam: aut habet
eam a se: aut a genere: aut a nullo non a se
quia qđa ratiōe haberet vnā: habet ꝛ aliā
ꝛ sic haberet opposita: non a genere quia
genus non habet differētias nō a nullo qꝛ
ex nihilo nihil fit. Deinde quuꝫ dicit (sed
quemadmodum probāt). Respōdet di
cens ꝙ species habet differentias a gene-
re ad ꝓbationem dicitur: ꝙ licet genus
nō habeat differentias in actu habet tamē
in potentia: nec est inconueniēs ꝙ opposi-
ta sint in potentia in eadē natura albedo ꝛ
nigredo sunt potentia in superficie. Dicit
aūt genus nō habere differentias actu: qa
differentia non est de rōne generis aliogn
ipa differētia bis poneret in diffinitiōe spe
ciei. s. semel quidē explicite ꝛ postea etiaꝫ
implicite. Naꝫ si rōnale est de ratione ani
malis: dū dico ꝙ homo est aīal dico etiaꝫ
ꝙ est ratiōalis: ꝛ per ꝯsequēs supfluerer
postea dicere rōnale. Item si rationale est
de ratione aīalis: tunc omne aīal eēt rōna-
le: ꝛ si irrationale eēt de rōne aīalis sequi-
tur ꝙ omne animal sint irrationale qꝛ qc-
quid est de rōne animalis: cōuenit omni
aīali. ¶ Dicitur tamē genus cōtinere dif-
ferētias potētialiter. i. indeterminate. Ad
cuius euidentiā est sciendū sicut dicit san.
doc. in tractatu de esse ꝛ essentia: ꝙ genꝰ:
species: ꝛ differentia eandē penitus natu-
ram significant: sed alio ꝛ alio modo genꝰ
enim significat per modū confusi ꝛ deter
minabilis: differentia vero per modū de-
terminātis: species autē per modum de-
terminati: ꝛ qꝛ determinabile est in poten
tia vt determineẗ: ꝛ actus est quid deter
minās ideo diciẗ ꝙ genus se habet vt mā
le ꝛ potentiale. Differētia vero vt actus.
Continet ergo genus differētias in poten-
tia: qꝛ significat īdeterminate: id quod de-
terminate differētia significat. ¶ Deinde
quū dicit diffiniunt autē ponit ꝑm diffini-
tionē differētie dicens: ꝙ philosophi alio
modo diffiniunt sic differētias. Differētia
est que de pluribus differētibus specie in
eo qđ quale predicatur. Alias ꝑtes habet
quasi manifestas: sed vltimaꝫ probat tali
ratione. Illud predicatur in quale per qđ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

respondet ad interrogationez factam per
quale: sed interrogantibꝰ qualis est homo
respondeimus ꝙ est rõnalis ergo ⁊c̃. Ad
huius euidentiã est sciendũ: ꝙ illi cõuenit
predicari in quale qđ significatur per mo
dum qualis: differentia autẽ signantur vt
quedam qualitas: nõ quidem accipiendo
qualitatẽ vt est genus generalissimuz: sed
eo modo quo dicit phi. quinto metaphy/
sice ꝙ oĩs forma substantialis dicitur vno
modo qualitas. ¶Propriũ enim qualitatis
est qualificare ac modificare: ⁊ q: differen
tia modificat genus. s. ipsum cõtrahit ⁊ li/
mitat ⁊ determiat: ideo dicitur qualitatis
modũ habere ⁊ in quale predicari. Dein
de quum dicit (rebus eni). ¶Nunc ꝓbat
quoddã dictum: dixerat enim ꝙ si queri/
tur quid est homo cõuenienter respõdet
ꝙ est animal: ⁊ si querit qualis est homo
respõdetur ꝙ est rationalis: videretur ali
cui ꝙ homo cõponeret ex animali ⁊ rõ/
nali: dicit vt ratio probat hoc esse cõcedẽ/
da. Sic enim se habet in naturalibus ⁊ in
artificialibus ita ⁊ in entibus rõnis: sed sta
tua que est quid artificiatuz componit ex
ere tanq̃ ex mã: ⁊ ex figura tanq̃ ex for/
ma: ergo ⁊ spẽs cõponitur ex genere tan/
q̃ ex potentiali: ⁊ ex differentia tanq̃ ex
forma. Ita ꝙ ista nõ sit compositio realis
sed rationalis tm̃. Cõtra quãto aliquid est
vniuersaliꝰ: tãto est formalius: sed genus
est vniuersalius differentia: ergo est ea for
malius. ¶Respõdet ad hoc san. doc. prima
secũde qõne. xviij. arti. vij. ad 2m. ꝙ diffe
rẽtia inquantuz est determinatiua generis
est formalior eo: genus aũt inquantuz est
vniuersalius differentia est formalius ea.
¶Nec est incõueniens idem esse formalius
⁊ minus formale ẽm diuersas ꝯsideratio
nes. Dico secũdo ꝙ licet genus sit quod/
dã potẽtiale: ⁊ habeat modũ materie per
cõparationẽ ad differentiã: est tamen sem
per quid formale respectu spẽi q: est prin
cipium cognoscẽdi speciem. Cõtra cõclusi
onẽ arguit. Ista diffinitio nõ conuenit dif/
ferentie speciei specialissime, cum ipa non

predicetur de pluribus differentibus specie
ergo nõ est conuenienter posita: tenet
ꝯña q: diffinitio debet conuenire cuilibet
contento sub diffinito. ¶Respondeo sicut
cõmuniter dicitur ad hoc argumentũ: hic
nõ diffinitur differẽtia in communi sed tm̃
differentia spẽi subalterne: ⁊ ideo nõ opor
tet ꝙ cõueniat differẽtie spẽi specialissime:
sicut etiam data est supra aliqua diffinitio
speciei que conuenit tm̃ speciebus subal/
ternis. Si tamen velimus dicere ꝙ cõue
niat etiam differẽtie spẽi specialissime dicẽ
duz est ꝙ duplex est spẽi specialissime dif/
ferẽtia. Alique enim sunt vere differentie
que ipsas spẽs constituunt ⁊ iste cõuertũ/
tur cum eis. ¶Nec de pluribus predicant
q̃ spẽs. Alie sunt differentie ẽm vsum. q:
enim essentiales ⁊ veras ⁊ proprias rerũ
differentias ignoramus. vt dicit san. doc.
in. xij. metaphysice. vtimur quibusdam
ꝓprietatibus ⁊ actionibus ad eas circũlo/
quendũ ⁊ iste se habẽt in plus q̃ ipsa spe
cies. ¶Nam etiã philo. dicit. secundo poste
riorum ꝙ quelibet pars diffinitionis se ha
bet in plus q̃ diffinitum totum autez ine/
que ⁊ sic diceretur ꝙ ¶Porphyrius loq/
tur de differentijs circunloquutiuis: ⁊ nõ
de essentialibꝰ quia tales sunt nobis igno/
te. ¶Posset etiã aliter responderi quia cuz
in ista descriptiõe differentie ponant due
particule. s. predicari in quale essentiele: ⁊
rursus predicari de differentibus specie:
¶Prima istarum est formalis ratio differẽ
tie: altera vero accidit ei: sed ponitur in ista
descriptione ad maiorem declarationem
quicqd ergo predicatur in quale essentiale
siue dicatur de differẽtibus numero siue
de differentibus specie erit differẽtia. Ex
predictis potest responderi ad illam que/
stionem: qua queri solet vtrum sicut genꝰ
⁊ species sunt duo predicabilia eo ꝙ vnuz
eorum predicat de differentibus specie.
alterum vero de differentibus tm̃ nume/
ro licet vtrũq̃ predicatur in quid: sic etiam
differentia speciei subalterne sit aliud pre/
dicabile a differentia speciei specialissime

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.6.39

quãm vna predicetur de differentibꝰ spe
cie ⁊ altera tantum de differẽtibus nume
ro licet vtraqꝫ predicetur in quale. ¶Respõ
deo ꝙ non est eadem ratio vtrobiqꝫ. ¶Nã
formaliter ratio generis non cõsistit soluꝫ
in hoc quod est predicari in q̄d neqꝫ soluꝫ
in hoc est quod est predicari solum de dif
ferentibus spẽ sed vtrunqꝫ istorum requi
ritur ad rationem eius formaleꝫ. similiter
dico de spẽ: ⁊ ideo genus ⁊ spẽs sunt di-
sticta vniuersalia formalis autem ⁊ preci
sa ratio differentie consistit tantũ in hoc qđ
est predicari ĩ quale essentiale siue dicatur
de differentibꝰ numero siue specie ⁊ ideo
vbicunqꝫ est illa ratio ibi est tm̃ vnum vni
uersale. ¶Potest etiã aliter dici ꝙ distĩctio
generis ⁊ spẽi siue cuiuscunqꝫ vniuersalis
non attenditur penes predicari de differẽ
tibus numero siue de differẽtibus specie
sed penes hoc distinguunt̃ genus ⁊ speci-
es ꝙ genus nõ dicit totã essentiam rei se-
cundũ modum significandi: licet dicat to-
tam ƀm rem. Species vero dicit totam
essentiam non solum parteꝫ. Differentia
spẽi subalterne ⁊ differentia speciei specia
lissime non se habent ꝙ vna dicat ƀm mo
dum significandi ⁊ scđm rationem totaꝫ
essentiam ⁊ alia dicat parteꝫ sed quelibet
earum dicit tantã partem ⁊ propter hoc
non sunt distincta vniuersalia. Assignatur
etiam alia distinctio ĩter differentiã speciei
subalterne ⁊ differentiã spẽi specialissime
⁊ inter genus ⁊ speciem q: spẽs ⁊ genus
sunt idẽ ƀm rem ⁊ p̃ter hoc ipsuꝫ genus
est de formali rõne spẽi quuꝫ ponat̃ in eiꝰ
diffinitione. differẽtia auteꝫ superior ⁊ ĩfe-
rior puta rõnale ⁊ sensibile lꝫ sint ideꝫ rea
liter tñ differentia supior nõ est de forma
li rõne differentie inferioris puta sensibile
nõ est de formali rõne rõnalis aliogn sen-
sibile bis poneret̃ in diffinitione hoĩs qđ
probo: q: eni animal est substãtia anima-
ta sensibilis ponẽdo aĩal in diffinitiõe hoĩs
ponit̃ etiã sensibile ⁊ per te ẽ etiã de rõne
rationalis ergo ponẽdo rationale in diffini
tione hominis poneret̃ iterũ etiam sensi-
bile quod est incõueniens quũ in diffiniti-
onibus nõ debeat esse nugatio ex. vij. me
taphysice. ¶Deinde quũ dicit (. Descri
bunt aũt) ponit tertiã differentie diffinitio
nem que est talis. Dr̃ia est qđ est aptum
natũ diuidere que sub eodẽ genere sunt si
cut pꝫ ꝙ rõnale ⁊ irrationale diuidũt ho-
minẽ ⁊ equũ qui sũt sub genere aĩalis. Cõ
tra arguit̃ sic. Si dr̃ia esset diuisiua eoruꝫ
que sũt sub genere seq̄tur ꝙ respectu eius-
dem esset diuisiua ⁊ ꝯstitutiua sed hoc est
falsuꝫ ergo ⁊c̃. minor pꝫ maior probatur
Dr̃ia est constitutiua eorum que sunt sub
genere. s. specierũ. Et per te est eorũ diuisi
ua ergo sequit̃ ꝙ sit eius diuisiua cuiꝰ est
cõstitutiua. ¶Respõdeo: ꝙ aliquid diuidi
tur ab altero cõtingit duobus modis vno
modo potest aliquid diuidi in alia idest in
partes subiectiuas ⁊ hoc modo differen-
tia non diuidit specieꝫ sed genus. Alio mo
do diuiditur aliq̄d ab alio sicut. albedo di-
uiditur a nigredine ⁊ tali diuisione diuidi
tur vna species ab alia per differentiã suã
Ad argumentum negatur maior ad pro-
bationem dico ꝙ differentia non est diui-
siua speciei in aliud sed ab alio neqꝫ est in-
conueniens aliquid esse constitutiuum ali-
cuius ⁊ esse distinctiuũ ipius ab alio ymo
hoc ẽ necesse. Cõtra ex hoc sequit̃ ꝙ quã
titas sit differentia hoc est falsum vt patet
ergo ⁊c̃. maior probatur. Quantitas diui
dit ea que sunt sub genere diuidit enĩꝫ sor
teꝫ a Platone ergo si illud est dr̃ia quod
diuidit ea que sunt sub genere sequitur ꝙ
quantitati conueniat ratio differentie: per
cõsequens sit differentia. ¶Respõdeo: Ne
gatur ꝯsequentia ad probationem dico ꝙ
est duplex distinctio vna est distinctio nu-
meralis ⁊ ista est per quantitatẽ. Alia est
distinctio specifica ⁊ istam facit dr̃ia ⁊ non
quantitas vnde sortes ⁊ plato non distin-
guuntur specie sed tm̃ numero 2° arguit̃.
Illud non est diuisuꝫ vnius ab alio quod
reperitur etiam in eo a quo ipsum diuidit
sed aliqua differentia diuisiua vnius spẽi
ab alia potest reperiri etiam in illa a qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

ipsum diuidit ergo. ⁊c̄ maior nota minor
probatur. Albedo diuidit cignuʒ a coruo
⁊ tn̄ nō repitur in coruo vt dic̄ Porphy
rius i capilulo de accidēte. Respōdeo sic̄
dicit. s. doc. xij. q. lxxij. ar. v. drie sunt i du
plici modo. Alie. n. sunt cōstitutiue spērū
⁊ iste diuidūt spēs primo ⁊ per se sicut ra
tionale cōstituit hoiem ⁊ diuidit ip̄um ab
alijs ⁊ de istis negat̄ minor cuius ꝓbatio
non est ad propositū. Quia albedo nō cō
stituit cignū i spē cigni nec diuidit ipsuʒ p̄/
mo ⁊ se. Alie sunt drie que cōsequūt̄ spēʒ
iam cōstitutam ⁊ de his negat̄ maior. Al
bedo aūt ē talis dria respectu cigni q: po
quuꝫ idem bis diceret͛ ergo album nõ si/
gnificat subiectum. Quarto si significaret
subiectũ tunc non diffiniretur per addita/
mentũ hoc est falsuꝫ vt dicit phi. septimo
metaphysice: cõsequẽtia patet q: si albũ si
gnificat subiectũ: tũc quicqd ponitur in dif
finitione albi est de essentia eius: talis autẽ
diffinitio nõ est ꝑ additamentũ. ¶ Ad pri
mum negat͛ secunda pars antecedentis.
Ad primaꝫ probationem dico ꝙ est diffe
rentia inter nomina adiectiua ⁊ substantia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

q: nomen substantiuꝫ significat rem per
modū substantie: significat enim per mo/
dum per se stantis qui est modus essendi
substantie: ⁊ q: substantia habet vnitatem
⁊ pluralitatem ex se: ideo nomen substan
tiuꝫ: nō plurificatur nisi ad pluralitatē rei
significate. Nomen vero adiectiuū signifi
cat per modū adiacentis alteri qui est mo
dus accidentis: ⁊ q: accidentia plurifican/
tur ex subiectis: ideo nomē adiectiuū plu/
rificatur ad pluralitatem suppositorꝫ ne
gat̄ gᵒ maior de nominibus adiectiuis cu/
iusmodi est hoc nomen albū. Dico tamē
ꝙ huiusmodi adiectiua copulant subiecta
sua. Album enim significat albedinem vt
est copulata subiecto: ⁊ ideo solet dicere
san. doc. ꝙ adiectiua nō supponunt sed co
pulant. Quod si quis obiciat in ista propo
sitio album currit sub ly albū licet descen
dere disiūctiue ergo supponit determina
te. Respondeo ꝙ albū: vnum significati/
ue. s. ipsam albedinem ⁊ tale nō supponit
sꝫ copulat subiecto nec licet descēdere sub
eo: non eniꝫ ista aut illa albedo currit. Ali
ud vero dicit connotatiue. s. subiectum: ⁊
q̄tum ad hoc pro ipo supponit. Nā quū
dico albꝫ currit dico ꝙ hoc vel illud sub
iectum albedinis currit. Ad omnia ergo
argumenta quibꝰ argueretur ꝙ albū di/
cit subiectū respondendū est ꝙ dicit ipsꝫ
cōnotatiue: ⁊ ratione huius dicit aliquan/
do Phi. ꝙ albū in nullo predicamēto est
propter duplex significatū. Ad 5m nega/
tur cōsequentia q: ad veritatē propositio/
nis non sufficit idemptitas rei sed etiaꝫ re
quiritur idem modus significandi: Nam
predicatio est per actū intellectus atribuē/
tis predicatum subiecto vt dicit Albertus
si ergo aliquam rem cōcipiat intellectus:
cum precessione ⁊ per se ⁊ alio conceptu
concipiat eandem rem: vt in existenteꝫ al
teri tunc illam entitateꝫ vt stat sub istis op
positis conceptibus de se ipsa non annun
ciabit: huiusmodi est album ⁊ albedo: q:
albedo significat abstractiue, album vero
concretiue Boetius aūt sic itelligit ꝙ nul
la est verior predicatio q̄ꝫ quādo idem eo
dem modo conceptū de se ipo dicitur: di
cendo album est album ⁊ albedo est albe
do: que propositiones habent vtiꝗ veri/
tatem. Ad cōfirmationeꝫ negatur prima
consequentia q: non dicit phi. ꝙ simum si
gnificat nasum: sed ꝙ concernit nasum vt
determinataꝫ materiam: ⁊ ideo est nuga
tio dicere est nasus simꝰ: aliqua vero alia
adiectiua: vt album nō significāt formam
concernentem determinatam materiam
sed tantꝫ sub ratione confusa dicunt sub
iectum. Ad tertium negatur maior quia
vt dicit sanctus doctor prima parte que/
stione. ij. articulo quarto ad tertium dictio
exclusiua addita termino nō excludit par
tes nec ea que sunt idem supposito cum
re significata: subiectū autem forme ⁊ ipa
forma sunt idem subiecto.

e Orum que dicuntur (. Istud
est secundum capitulum hu/
ius tractatꝰ in quo philosophꝰ
ponit duas diuisiones: prima
est talis eorum que dicuntur idest termi/
norum vel rerum significatarum per ter/
minos: quedam sunt complexa ⁊ que/
dam incomplexa. Valet ista diuisio ad p/
positum quia non ponuntur in predicamē
to nisi incomplexa: nec indiget ista diui/
sio aliqua expositione. Secūda diuisio est
ista. Eorum que sunt: quedam nec sunt in
subiecto nec de subiecto dicuntur. Que/
dam sunt in subiecto: ⁊ dicuntur de subie
cto. Quedam non sunt in subiecto ⁊ dicū
tur de subiecto. Quedam sunt in subiecto
⁊ non dicuntur de subiecto. Pro noticia
huius diuisionis primo sciendum est ꝙ
ista dictio in vt dicit sanctus doctor primo
sententiarum distinctione. xxxvj. questio/
ne pma articulo tertio importat diuersas
habitudines secundum ꝙ diuersis coniū
gitur puta esse in loco vel in tempore: vn/
de etiam philosophus quarto physicorū
ponit octo modos dicendi in. Ista autꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

propositio de proprie importat consubstātialitatem vt idem sanctus.doc.dicit prima parte questione.xlj.dicimus enim ꝙ cultellus est de ferro: ꝛ ꝙ filius est de patre cum quo est eiusdem substātie ꝭm speciem.non autē dicimus ꝙ domus sit de edificatore. Secundo est notandum ꝙ subiectum accipitur dupliciter vno modo pro inferiori respectu superioris.alio modo pro subiecto accidentis. Quedā ergo dicuntur de subiecto ꝛ nō sunt in subiecto pro vt ly in dicit habitudinem inherentie ꝛ huiusmodi sūt secūde substātie. Alia nō dicuntur de subiecto nec sunt in subiecto: ꝛ huiusmodi sunt prime substātie: que nō dicunt̄ de inferiori quum non habeant aliquid inferius nec sunt in subiecto quū nō sint accidentia. Alia dicunt̄ de subiecto.i. de iferiori: ꝛ sunt in subiecto sicut accidēs ꝛ huiusmodi sunt genera ꝛ species de genere accidentium. Alia nō dicuntur in subiecto: q2 non habent aliquid inferius sunt tamen in subiecto: ꝛ huiusmodi sunt indiuidua accidentium.

Quando alter3 de altero ℂ. Iste est tertiū capitulu3 in quo phi. ponit tres regulas. Pria ē ista qcqd p̄dicat̄ d̄ p̄dicato p̄dicat̄ ꝛ de subiecto. Pro noticia hui9 regule est sciēdū primo ꝙ aliqua sunt p̄dicata per se aliqua sunt p̄dicata per accidēs: predicata per se dicit san.doc.in questionib9 de potentia qōne.vj.arti.secūdo ad sextū. Sūt illa que conueniunt alicui inquantū est tale sicut homini inquantū est homo cōuenit esse animal ꝛ rationale ꝛ huiusmodi. Predicata vero per accidēs sunt que nō conueniunt alicui inquantu3 tale sicut esse album non conuenit homini vt est homo quū possit esse homo sine albedine. Et q2 in omni inferiori inquantū huiusmodi est suum superius: quu3 superiora sint de ratione inferiorū: ideo quicquid conuenit superiori inquantū tale est cōuenit etiam inferioribus. Dicit ergo san.doc.in loco prealegato: ꝙ ista regula tenet tm̄ in predicatis per se: ꝛ non in predicatis per accidēs. Ex hoc sequitur ꝙ quando aliquid dicitur de superiori vt distinguit̄ aliquo modo ab inferiori. tunc illud non predicatur de inferiori. verbigratia esse genus conuenit aiali vt distinguitur ab homine ꝛ ideo nō dicitur de homine intentio generis: q2 illa intentio conuenit animali non per se.i. inquantu3 tale. alioqnin conueniret omni aiali: sed conuenit ei inquantū apprehenditur ab intellectu vt quid cōmune multis speciebus. Accidit aūt nature animalis ꝙ sic ab itellectu apprehendat̄. simil't nō sequitur si homo est spēs ꝙ sortes sit species. ℂ Cōtra hāc expositionē arguit. Antonius andree. Dicēs ex hoc sequi ꝙ ista cōsequentia sit bona: animal est substantia ergo homo est substantia: quia substantia predicatur per se de aiali ergo si quicquid predicat̄ per se de superiori sequitur predicari de inferiori valet illa cōsequentia: ꝙ autem talis consequentia nō tenet probat ipse: q2 est arguere a pluribus causis veritatis ad vnam earum: nam ꝙ aial sit substantia pōt esse vna causa q2 asinus est substātia: ꝛ potest esse alia causa: q2 homo est substātia: dicere ergo aial est substantia ergo homo est substātia est arguere ab antecedēte habente plures causas veritatis ad vnam earū. Et confirmo argumentu3 eius q2 ibi arguitur a superiori non distributo ad inferius: quam consequentiā cōsequentiam constat non valere. Ex his dicit ipse hanc regulam debere sic intelligi: ꝙ quicquid est superius superiore: est superius iferiore. ℂ Pro respōsione ad argumentū dico ꝙ est differentia inter predicata per se ꝛ per accidens: q2 predicata per se per prius conueniunt naturis: ꝛ per eas conueniūt suppositis naturaru3. Nam esse animal ꝛ esse risibile per prius cōuenit homini ꝗ̄ sorti: vnde ista propositio homo est animal est vera primo ꝛ per se ista autem sortes est animal est quidem

per se sed non primo q: esse animal cõue/
nit forti per aliud.s.per hominem:cu3 igi
tur substãtia dicatur per se de animali cau
sa veritatis istius propositionis animal est
substantia nõ sunt q: asinus vel homo vel
quecũq3 alia spẽs animal' sit substãtia : sed
est totũ oppositem q: esse substantiam cõ
uenit homini ꝛ asino ex eo ꝙ sunt anima/
lia: patet igitur ꝙ ibi non arguitur a pluri/
bus causis veritatis ad vnam: sed arguit'
ab antecedẽte : ꝙ est causa veritatis sui cõ
sequẽtis: quã cõsequentiã cõstat a viro do
cto nõ esse ĩpugnandam. ¶Predicata aũt
per accidens per prius cõueniunt indiui/
duis q̃3 naturis vnde causa veritatis isti⁹
ꝓpositiõis aĩal currit est q: istud vel illud
aĩal currit : ꝛ ideo si sic arguat' aĩal currit
ergo hõ currit esset arguere ab antecedẽ/
te habente plures causas veritatis ad vnã
earu3 quod nõ est in ꝓposito. Ad confir/
mationem quã facio dico primo a supiori
distributo ad suu3 inferius est bona cõse
quentia vt oẽs cõcedunt distribui autem
terminũ ẽ facere : ꝙ stet pro omnib⁹ suis
suppositis. Dico secundo ꝙ est duplex di
ci de omni siue dupliciter contingit ꝓposi
tionem esse vniuersalẽ: vno modo: quan/
do terminus cõmunis distribuit' mediã/
te signo vniuersali ꝛ hec dicitur vniuersa/
litas prioristica. Alio modo quãdo predi/
catu3 est de essentia vel per se cõuenit sub
iectio: q: tũc p̃dicatũ ꝯuenit oib⁹ ꝯtentis
sub subiecto: ꝛ hec di vniuersalitas poste
rioristica vt p3 prio posteriorum: tũ enim si
gnificat ista ꝓpositio hõ ẽ aĩal q̃tũ ista oĩs
hõ est aĩal. ¶Patet ex istis ꝙ arguere a su/
periori ad inferi⁹ in p̃dicatis per se cuius/
modi est in predicta cõsequẽtia est argue/
re a supiori distributo posteriorice ad suũ
inferius que cõsequentia est ab oĩ erudi/
to dyaletico concedenda. ¶Posset tñ pre/
dicta regula saluari etiã in predicatis acci/
dentalib⁹ si addamus vniuersaliter: vt sit
sensus quicqd predicatur de p̃dicato vni/
uersaliter: dicit' etiã de subiecto: ꝛ sic intel/
lecta regula nullam patitur instantiam.

D Iuersorum generu3 nõ subalter/
natim positorum: diuersę sũt spe/
cies ꝛ differentie. Ista est scd̃a
regula siue maxima huius ca/
pituli : pro cuius noticia est sciendũ ꝙ illa
genera dicunt' subalternatim posita: quo
rũ vnũ sub alio continetur vel saltem am/
bo sub vno tertio. Debet ergo sic intelli/
gi spẽs ꝛ differentie vnius generis nõ pos
sunt esse spẽs aut differentie alterius gene
ris: nisi vnũ eoru3 sub alio cõtineatur vel
saltem ambo sub vno tertio: qd̃ ideo dici
tur q: bipes ponit' loco differentie volati
lis ꝛ loco differẽtie gressibilis : q̃nis vnu3
istoru3 sub alio nõ cõtineatur : sed vtrũq3
cõtinetur sub tertio puta sub aĩali. Ista re
gula habet maximas difficultates : puta
vtrũ similitudo que est de genere relatio/
nis: sit idẽ cu3 albedine in qua fundat' que
est qualitas. Et idem dico de multis alijs
que magis ad metaphysicã philo. spectãt
cuius est cõsiderare de eode3 ꝛ de diuer
sorum tanq̃3 de ꝓprietatibus entis: ꝙ est eius
subiectũ. ¶Solet tamẽ cõmuniter cõtra
hanc regulam fieri instãtia de corpore ꝙ
est spẽs subalterna predicamẽti substantie
ꝛ etiã est in genere substãtie : ꝛ etiã est in
genere q̃titatis. Ad qd̃ respondẽs sanct⁹
doctor in tractatu de esse ꝛ essentia capi.
secundo dicens ꝙ aliter accipitur corpus
quum dicit' esse species q̃titatis : ꝛ aliter
quũ dicitur esse species substãtie : ꝛ aliter
quũ dicitur esse pars aĩalis. Si enim acci
piat' corpus pro trina demensione.s.lõgi
tudine latitudine ꝛ ꝓfunditate sicut est in
genere q̃titatis continet. Si vero accipit'
pro subiecto ipsius trine dimensiõis: sicut
est substantia. Sed notandũ est ꝙ hoc no
men corpus potest accipi prout significat
rem que habet talem formam: ex qua in
ipsa re sequatur : designabilitas trium di
mensionum cum precisione : vt scilicet ex
illa forma nulla vlterior perfectio sequa/
tur ꝛ siquid aliud super additur totum sit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

preter significatuꝫ corporis sic dicti: ⁊ hoc
modo corpus ē pars animalis : q: anima
que est de ratione animalis est preter il/
lud quod significat hoc nomen corpus: ⁊
est superueniens ipsi corpori: ita ꝙ ex cor
pore ⁊ anima constituatur animal. Alio
modo accipitur corpus vt significat rem
habentem talem formaꝫ ex qua possunt
designari tres dimensiones sine precisio/
ne aliqua: sed solum intelligēdo quecūꝗ
forma sit illa siue ex ea possit ꝑuenire alia
vlterior perfectio: siue non ⁊ hoc modo
est genus animalis: quia in animali nihil ē
accipere: quod non contineatur implicite
in corpore: quia si esset accipere aliquid in
animali quod non contineretur implicite
in corpore illud esset anima. sed sic accipi/
endo corpus anima non est alia forma ab
ea per quam poterant tres dimensiones.
designari. Istud ideo dixisse volui vt pa/
teret quid ē accipere corpus ſm hos mo
dos: ꝙ̃uis non dubitē quin excedat termi
nos dyaletice. Si auteꝫ dicatur ꝙ duplū
⁊ dimidium ⁊ alia huiusmodi sunt in ge
nere relationis: ⁊ etiaꝫ in genere quantita
tis. Rꝫm ē ꝙ respectus significati per hec
nomina sunt in genere ad aliquid res ve/
ro ille subiecte sunt in alijs generibus. for
te de his dicam aliquid in capitulo ad ali/
quid. ℃ Subalternerum vero generum
hec est ꝟtia regula in qua dicit philosoph⁹
ꝙ diuersorum generum quorum vnum
sub alio continetur nihil prohibet esse. eas
dem species ⁊ differentias: puta homo ē
species animalis ⁊ corporis ⁊ subē. Notā
duꝫ est ꝙ phi. loquitur de differentijs cō
stitutiuis: ⁊ est sensus ꝙ differentie consti
tutiue supioris sunt ēt ꝯstitutiue iferioris:
non tamen precise. Animal. n. ꝯstituit oī
bus his: sed ꝑter hoc constituitur ꝑ hanc
differentiam rōnale. Si autem intelligat
regula de differētijs diuisiuis sic esset fal
sa. Nam corporeuꝫ ⁊ incorporeum que
diuidūt hoc genus subā non diuidūt hoc
genus corpus. ℃ Eorum que ſm nullaꝫ
cōplexionem dicuntur) istud est quartuꝫ
⁊ altera capituluꝫ huius tractat. In quo
phi. antimerat quot sunt predicamenta.
Et quia presupponi ꝙ predicamenta sint
de numero eorum que sunt in comple/
xa ideo hoc probat tali ratione. Oē com/
plexum aut est affirmatio aut negatio. sed
nullum predicamentum per se sumptuꝫ
est affirmatio aut negatio siue dicitur affir
matiue aut negatiue ergo ⁊c̄. maior patet
minorem probat omnis affirmatio signi/
ficat verum vel falsum. sed nullum pre/
dicamentum significat verum vel falsuꝫ.
quum enim dico subā quantitas ⁊ huius/
modi: non significo aliquid inesse vel non
inesse alicui neꝗ significatur perfecti⁹ sen
sus in animo auditoris. ℃ In isto capitu
lo queritur cōmuniter vtrum predicamē
ta sint tantum decem: vt dicit Philoso/
phus ⁊ primo arguitur ꝙ sunt pautiora
decem. Predicamenta sunt noueꝫ ⁊ nō
plura: ergo sunt tantum nouem. conse/
quentia patet ab exponentibus ad expo/
sitam. antecedens probatur predicamen
ta sunt nouem ⁊ vnum ⁊ non plura. er/
go sunt nouem ⁊ non plura. Secūdo de
monstratis nouem predicamentis argui
tur sic: ⁊ hec nouem vel decem sunt no/
uem ⁊ non plura: ⁊ hec nouem vel de/
cem sunt omnia predicamenta: ergo om
nia predicamenta sunt nouem ⁊ non plu
ra maior ⁊ minor sunt vere ⁊ consequen
tia est silogismus expositorius. Tertio ar
guitur ꝙ sint plura quot modis dicitur
vnum oppnsitorum tot modis dicitur ⁊
reliquum: sed generalissimum ⁊ specia/
lissimuꝫ sunt opposita: ⁊ specialissima sūt
plura decem: ergo ⁊ generalissima: mi/
nor patet maior est philosophi primo to/
pitorum. Quarto quale predicatur de al
bo: ⁊ non sub ratione proprij: quia non
conuertitur cum eo nec sub ratione acci/
dētis: q: ñ adest ⁊ abest nec sub rōne dfie
q: non distinguit album ab alijs nec sub
ratione speciei. ergo sunt ratione generis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.6.39

non subalterni q: quale nõ habet aliquid vniuocum supra se genus predicatur sub ratione generalissimi sed non est idem genus ꝙ qualitas: quum non predicetur de speciebus qualitatis naʒ hec est falsa albedo est quale ergo quale est genus generalissimuʒ distinctum a qualitate: ⁊ per consequens sunt saltem vndecim. Quinto iterum arguitur ꝙ sit tm̄ vnuʒ Generalissimum est superlatiuum ergo conuenit tm̄ vni. In oppositum est textus phi. ¶ Respondeo in ista questione primo declarabo quomodo diuidatur ens in deceʒ predicamenta secundo quomodo distinguantur predicamenta inter se. tertio dicam ad quesitum. ¶ Pro primo sciendũ est ꝙ phi. in quinto metaphysice volens tandem diuidere ens in decem predicamẽta premittit quasdam alias diuisiones: quarum prima est diuisio entis in ens creatũ: ⁊ ens increatum. secũda est diuisio entis creati. accipiendo ens creatum pro omni ente qđ non est deus: in ens per se ⁊ ens per accidẽs. tertia est diuisio entis per se in ens in anima siue ens rationis: ⁊ in ens extra animam: quod est ens reale. Quarta diuisio entis per se ⁊ realis est in decẽ predicamẽta. Aliqui tamen dicunt ꝙ tertia istaruʒ diuisionum precedit secundã: sed quicquid sit de hoc constat primo: ꝙ ens increatuʒ non est in predicamento secundo nec ens rationis. tertio nec ens per accidens quia quum dicat res diuersoruʒ generũ in nullo determiato genere collocari põt. ¶ Premitto secundo ꝙ ens habet vnum conceptum analogũ: qui per prius cõuenit substantie ⁊ postea accidentibns. Nam vt dicit sanctus doc. de mente Auicẽne ens est id cui debetur esse. Constat autem ꝙ esse principaliter conuenit substãtie que habet esse per se: secũdario autẽ conuenit accidẽtibus que habent esse in alio. s. in substantia. Ex his sequitur ꝙ ens non est genus quum non predicetur vniuoce. Et preterea genus non est de ratione differentie: q: si esset bis poneretur in diffinitione speciei semel explicite. secundo in differentia ens est de ratione cuiuslibet rei: ergo non potest habere differẽtias ⁊ consequenter nec esse genus. Est igitur hec prima conclusio ens non diuiditur in decem predicamenta per differẽtias: ista conclusio patet ex immediate dictis. ¶ Premitto tertio ꝙ ens immediate significat decem prima genera rerum vt dicit comentator. viij. metaphysice: non dico tamen ꝙ signent sine conceptu: sed dico ꝙ conceptui entis analogo non corespondet aliqua vna natura sicut conceptui animalis conrespõdet natura animalis que de se est vna vt supra extitit declaratũ: ⁊ ideo dicitur cõceptus entis immediate descendere in p̃dicamẽta: licet per prius conueniat vni q̃ȝ alteri: ⁊ sic patet primũ. Quantum ad scđm ponitur ista conclusio predicamenta distiguntur ꝑ diuersos modos denominandi primam substantiam pro noticia huius conclusionis sciendum est vt inquit san. doc. primo sniaʒ distin. viij. q̃one tertia ꝙ aliter diuidit̃ vniuocũ ⁊ aliter analoguʒ: ⁊, aliter equiuocũ. Equiuocũ enim immediate diuiditur in plures res: vniuocum vero per differentias sed analogum diuiditur per diuersos modos: medicina eniʒ habet modũ efficiendi sanitatem: ⁊ vrina habet modum gnificandi: quum igitur ens sit analogum: sub quo continẽtur plura predicamẽta que sunt primo diuersa vt dicit phi. ⁊ comentator tertio metaphysice: eo ꝙ in nullo vniuoce conueniunt. oportet ꝙ ipsa predicamenta distinguantur per diuersos modos non autem per modos significandi q: talis consideratio pertinet ad gramaticum ergo relinquitur: ꝙ distinguantur per diuersos, modos denominandi primam substantiã. Sufficientiam vero istorum modorũ ponit san. doc. in tertio phi. ⁊ quinto metaphysice in capi. de ente: vbi sic dicit. Sciendum est ꝙ predicatum ad subiectũ tripliciter se potest habere. Uno modo q: est idẽ quod subiectum vt quuʒ dico sortes est animal: ⁊ hoc predicatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

dicitur significare substantiam primã quẽ est substantia pticularis de qua omnia predicantur. Secundo modo vt predicatum sumatur: ſm ꝙ est in subiecto quod quidem predicatum vel in est ei per se: ⁊ cõsequẽs materiã ⁊ sic est q̃titas vel vt cõsequens formã ⁊ sic est qualitas: vel inest ei non absolute sed in respectu ad aliquid ⁊ sic est relatio Tertio modo vt predicatum sumatur ab eo quod est extra subiectu ⁊ hoc quadrupliciter vno modo vt sit oĩno extra subiectũ ⁊ si non sit mẽsura subiecti predicat̃ per modũ habitus vt quũ dicitur sortes est calciatus: si aũt sit vt mẽsura eius: cu mensura extrinsica sit vel locus vel tẽpus si sumatur predicatũ ex tẽpore sic est quãdo vel sumit̃ ex loco: ⁊ sic vbi nõ cõsiderato ordine ptiũ i loco: quo ꝯsiderato erit situs. Alio mõ vt id vñ sumitur p̃dicatu ſm qd sit in subiecto de quo predicatur ⁊ si quidem ſm principiu sic predicat̃ vt agens. Nam actionis principium est in agente. Si vero ſm terminũ sic predicatur vt pati. nam passio in subiectu patiẽs determinat̃. Multa alia circa hoc dici possent que omitto eo ꝙ excedũt terminos dyaleticos. ¶ Ad primu dico ꝙ quum dicitur non plura si est vna dictio: sic concedo ꝙ vnum est non plura: sed ly non plura hoc modo non est vna exponẽtium istius exclusiue tm̃ decem sunt predicamenta. Alio modo tenetur negatiue: ⁊ sic nego ꝙ vnum sit non plura. Quum eni dicimus ⁊ nõ plura: sensus est ꝙ nõ sunt plura q̃ nouẽ quod patet esse falsum Ad scd̃m dico ꝙ nõ arguitur ibi expositorie q: ad silogismũ expositoriũ requirunt̃ tria primo ꝙ eius mediũ sit terminus singularis: ꝙ nõ contingit̃ in predicta ratiõe vt de se patet: vnde nõ valet ista ꝯsequẽtia iste homo vel asinus est homo. iste homo vel asinus: est asinus ergo asinus est homo: licet enim ly iste homo sit terminꝰ singularis: tamẽ hoc totum iste homo vel asinus non est terminus singularis. secundo oportet ꝙ talis terminus sit singulariter tentus. tertio ꝙ a qualibet premissarũ ad vnam de omni valeat consequentia ⁊ hoc est diligenter notandum a theologis quia ratione huius non arguit̃ expositorie in diuinis sic dicendo iste deus est pater iste deus est filius ergo filius est pater q: ab ista singulari iste deus est pater nõ valet consequentia ad istam vniuersale q cquid est iste deus est pater: quum antecedens sit vex ⁊ consequens sit falsum. Ad tertium vero respondet san. doc. secunda secunde questione. xcij. arti. secũdo ad primum dicens ꝙ ista regula phi. tenet solũ in illis oppositis in quibus est eade ratio multiplicitatis ꝙ non est in proposito na generalissima distinguuntur per diuersos modos specialissima vero per differẽtias ⁊ ideo non oportet si sunt tm̃ dece generalissima ꝙ sit tm̃ decem specialissima. Ad quartum dico ꝙ quale predicatur de albo sub ratione generis generalissimi qđ est idem genus cu qualitate ⁊ habet easdem species. Nam constat ex predictis ꝙ album ⁊ albedo differunt tantu secundũ modum significãdi abstracti que diuersitas impedit predicationem vnde de altero non dico tamen ꝙ album sit in predicamento eo ꝙ conotet subiectũ. Ad quintum communiter respõdetur ꝙ gradus superlatiuꝰ si affirmatiue exponatur conuenit vni soli tunc enim significat esse super omnia quo ad formam significatã: si vero exponitur negatiue potest conueni re multis quia sic significat ꝙ a nullo exceditur sed non negat' quin aliud possit sibi equari: ⁊ hoc modo ista dicuntur generalissima.

S Ubstantia autem ¶ Iste est secũdus tractatus huius libri in quo philo. agit de vno quoq predicamento in speciali: ⁊ primo de substantia eo ꝙ sit prior accidentibus tempore: natura ⁊ diffinitione vt dicitur septimo metaphysice. In hoc autem primo capi. duo facit primo: supponit quanda diuisionem substantie ⁊ eius partes manifestat

secundo assignat proprietates substantie. Diuisio quam supponit talis est: substantiarū aliqua est substātia prima et aliqua est substantia secunda. Manifestando hanc diuisionem ita procedit: quia primo declarat quid sit substantia prima secundo quid sit substantia secūda. Tertio cōparat substātias secundas adinuicē. Pro noticia hui⁹ diuisionis sciēdū est vt dicit san. doc. primo sniarū distin. xxv. arti. primo ad. vij. quod substātia dicit quinqꝫ modis: vno mō vt significat essentiā rei cū enim querim⁹ eni quid sit quātitas et qualitas et alia huiusmodi quærim⁹ que sit eorū essentia: nec hoc mō accepta substātia hic diuidit: quū cōuenit et accidētib⁹ 2° accipit substa pro ipso supposito i pdicamēto substātie per se subsistēte qd phi. appellat in hoc loco subaz primaz Tertio accipit pro substātijs secūdis que sunt genera et species. Quarto accipit vt abstrahit ab vtroqꝫ. s. tam a prima quam a secunda substantia: et est vtriqꝫ cōmunis: et eam diuidit phi. psuppositiue dicens ꝙ substantiarum aliqua est prima et alique sunt secūde. Diffiniuit aūt substantiā primā dicens ꝙ est illa que proprie et principaliter et maxime substat: et non est in subiecto neqꝫ dicit de subiecto. In hac descriptōe ponit phi. qnqꝫ pticulas. pma ē ꝙ pma substanntia proprie dicit substantia: per hoc distinguitur a substantia cōmuniter dicta: vt significat omnem essentiam. secūda est ꝙ prima susistantia dicit maxime substantia: et per hoc distinguitur a substantijs secundis que per posterius dicūtur substātie. tertia est ꝙ principaliter substat: et per hoc distinguitur et a substantijs secūdis: et ab accidētibus. licet eni vnuz accidens sit subiectuz alteri⁹: vt superficies albedinis hoc tamen nō est principale subiectum similiter etiā accidentia non cōueniunt substantijs secundis nisi per primas. quarta est ꝙ substantia prima non dicitur de subiecto: quod sic probatur. Dici de subiecto est pprietas superioris respecu inferioruz sed prima substantia nihil habet iferius se ergo nō dicit de subiecto. quinta est ꝙ prima substātia non est in subiecto: que sic pbat quicqd est in subiecto est accidēs: sed prima substātia nō est accidēs: ergo nō est in subiecto: Exemplificat aūt dicēs vt aliquis hō vel aliqꝰ equus. ¶ Contra istud exēplū arguit. Antoni⁹ andree: pmo aliqs hō est spēs generis est substātia prima pña pꝫ antecedēs pbat aliqs homo pdicat in quid de plurib⁹ differētib⁹ numero: nā sortes est aliqs hō et plato est aliqs homo ergo est spēs. Respōdeo negat antecedens ad pbationē dico ꝙ ad hoc ꝙ aliqd sit species oportet ꝙ nō dicat determinatū modū essendi q cōuenit suppositis: qd tn facit ly aliqs hō nā ly hō significat nām humanā absolute sed ly aliqs hō significat eandē nām cū determinato mō essendi: qui cōuenit singularib⁹. s. esse p se subsistēs ab alijs distinctū: sortes aūt et alia idiuidua significant determinat scilicet principia distinguentia: hāc māz et hāc quantitatē. Pōt ēt dici. ꝙ aliqd pōt significare substātiā pmā s. dupliciter vno mō determiate cuiusmodi est idiuiduū signatum et tale nō pōt dici de plurib⁹. Alio mō ideterminate sicut idiuiduū vagū: et tale nō incōuenit de plurib⁹ pdicari. Notatur aūt substātia prima multis alijs modis vt dicit san. doc. tertio sniarum distin. vj. Dicit eniz res nature inquantuz ponitur sub natura cōmuni. s. sub substātijs secundis dicit suppositū in inquantū in eadē natura subsistit: dicit particulare inquantuz excedit ab ipsa natura cōmuni et est pars eius dicit indiuiduū inquantū est idiuisa in se. Dicit singulare inquantū est distincta ab alijs. Ex hoc textu philo. argui pōt ꝙ materia sit pricipiū idiuiduationis in reb⁹ materialibus: quicqd eniz est de rōne substātie prime inquantū est substantia prima est etiā de rōne indiuidui: vt. idiuiduū est: cū substātia prima et idiuiduū sint idē sed materia ē d rōne substātie prime iquantū est i substātia prima ergo est de rōne indiuidui: minor probat idem est de rōne substātie prime inquātū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

huiuſmodi per quod habet quod nō poſ
ſet eſſe in alio hoc ponatur in eius diffini/
tione: ſed materia prima ē huiuſmodi: ꝙ
ſic deduco. Nam primum in vnoquoqꝫ
genere eſt mēſura oīuꝫ que ſunt poſt vt
dicitur decimo metaphyſice: ſed materia
prima eſt primum in alio non receptibile
cum ſit fundamentum omnium aliorūꝫ.
ergo prima ſubſtantia in rebus materiali/
bus habet a materia prima ꝙ non poſſit
eſſe in alio: ⁊ per conſequens ꝙ ſit indiui/
dua. ¶ Sed dubitatur vtruꝫ prima ſub
ſtantia ſiue indiuiduum ſit in predicamen
to ⁊ videt̄ ꝙ nō. Nullū ens per accidens
eſt in predicamēto: vt dicitur quinto me/
taphyſice: ſed ſubſtantia prima eſt ens p̄
accidens ergo ⁊c̄. minor probatur omne
aggregatum ex rebus diuerſorum gene/
rum eſt ens per accidens: vt dicit Phi.
quinto metaphyſice: ſed ſubſtantia prima
eſt huiuſmodi. dicit enim ſubaꝫ ⁊ accidē/
tia per que indiuiduatur puta quantitatē.
Reſpōdeo in hac qōne faciam tria. Pri
mo declarabitur que ſit rō ſube. Secūdo
dicetur ad queſitum. Tertio inferā que/
dam corelaria. Quo ad primum ſciendū
eſt: vt dic. S. D. in libro de natura gene
ris ꝙ ſuba accipitur dupliciter. Uno mo/
do vt diſtinguitur contra accidens. Alio
modo vt ē predicamentum. rō ſube pri/
mo modo accepte eſt in ſubiecto non eē.
ſuba. n. eſt ens vt inquit Auicēna: ⁊ ē ens
cui debetur eſſe non in alio: ⁊ ſm̄ hunc
modum omne ens reale quod non eſt
accidens eſt ſuba. ſuba v̄o vt eſt predica/
mentum. addit ſuper ſubſtantiam primo
modo dictam ordinem ad cōtenta ſub ta
li genere generaliſſimo. Dictum eſt. n. ſu
pra ꝙ predicamentuꝫ ſignificat reſpectū
rationis qui eſt ordo ſuperioritatis ⁊ infe
rioritatis. Hic autem ordo ē vniformitas
ſube que eſt genus generaliſſimū ad ſua
inferiora qꝫ vniformitatem habet per ac/
tum intellectus. Ex his poteſt ſic deſcri/
bi ſuba vt eſt genꝰ. Suba ē ens per ſe exi/
ſtens īplicite continens ſua inferiora. Eſſe
ergo in genere ſube eſt ſub ſuba contine/
ri. Ad ea autem omnia tāqꝫ ad inferiora
deſcendit predicatio ſube ad que deſcen/
dunt dr̄ie diuiſiue generum ſube ⁊ con/
ſtitutiue inferiorum. diuiſio autem dr̄iaꝝ
ſtat ad ſpecies ſpecialiſſimas: q: ſub eis ni
hil eſt niſi indiuidua. Ex quo ſequitur ꝙ
vltimum de quo predicatur ſuba in linea
predicamentali ſunt indiuidua: ⁊ ſic pa/
ter primum: ex quo ſequitur ſm̄. ſ. ꝙ in/
diuidua ſunt per ſe in predicamento. Il/
lud. n. eſt per ſe in aliquo genere: quod ſu
ſcipit predicationem alicuius ſpeciei ⁊ ge
neris talis predicamēti: ſed indiuidua ſūt
huiuſmodi. ſortes eſt homo ⁊ animal: ⁊
Plato eſt ſuba. ſortes. n. eſt homo ⁊ ani/
mal ⁊ corpus ⁊ ſuba. Ex predictis ſequū
tur tria correlaria. primuꝫ eſt pars ſubaꝝ
puta manus pes ⁊ caput ⁊ huiuſmodi n̄
ſunt in predicamento per ſe. Correlariuꝫ
2m anima etiam quando eſt ſeparata nō
eſt per ſe in genere ſube. Correl riuꝫ ter
tium materia prima non eſt per ſe in pre/
dicamento. hec tria probātur vnica ratio
ne. quicquid eſt ſub aliquo genere ꝯtinet̄
ſub eo. ſed predicta non continentur ſub
genere ſube ergo ⁊c̄. maior patet minor
probatur quicquid ꝯtinet̄ ſub gener̄ per
ſe ſuſcipit in recto predicationem alicuius
differentie illius generis: ſed predicta nō
ſunt huiuſmodi ergo ⁊c̄. maior patet mi
nor probatur de quocūqꝫ predicatur dif/
ferētia predicatur: ⁊ genus diuiſuꝫ ⁊ ſpe
cies per taleꝫ differentiam conſtituta: ſed
de partibꝰ nec de materia nec de forma
predicatur aliquod genus aut ſpecies. nō
enim manus hominis eſt homo aut ani/
mal. ſimiliter materia prima ⁊ anima nō
ſunt homines ergo ⁊c̄. Quando igitur di
cimus ꝙ huiuſmodi ſunt ſube ibi non ac/
cipitur ſuba vt eſt predicamentum ſiue
genus: ſed vt diſtinguitur contra accidēs.
Dico tamen ꝙ materia ⁊ forma ſunt in
predicamento reductiue tanqꝫ principia
ſubſtantiarum manus vero ⁊ pes ⁊ hu/
iuſmodi reducuntur ad ideꝫ predicamē/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

rum tanq̄ partes. Sequitur etiaʒ ex di/
ctis ꝙ huiusmõi nõ possunt dici prime
sbe. quum prima sba sit per se i genere
ppterea dicit. s. d. prima pte qõne ter/
tia articulo qnto generat ꝛ spẽs ꝛ ea q̄
sub ipsis continent. s. individua sunt sim
pliciter ꝛ proprie in pdicamento. Ad ar
gumentũ negat minor. ad probationeʒ
dico ꝙ ens p accidẽs qđ nec diffinit nec
est i predicamento dr̃ esse illud ꝙ intrin
sice includit res diuersorum generũ. ita
ꝙ diuerse res sunt de ratione eius. sicut
homo albus de cuius ratione ẽ albedo
ꝛ humanitas: tale. n. nõ põt per se totuʒ
esse in aliquo genere determinato: nam
si homo albus eẽt i genere sube seque/
retur ꝙ albedo esset suba. ꝛ sic esset i ge
nere qualitatis sequeret etiaʒ ꝙ homo
esset qualitas. Dico ho ꝙ idiuiduũ pu/
ta sortes in sui principali significatione in
cludit accidentia. nõ tamen est ens p ac/
cidens q: nõ dicit ea vt intrinseca sue nãe
vel vt partes sui licet includat ea tanq̄
designantia partes eius essentiales. quã
titas enim sortis determinat eius mãm
ꝛ formã q: facit eas ab alijs distingui.
nec est inconueniens ꝙ aliqd de genere
accidentium ponat modo in diffinitione
sube. dicit eni cõmẽtator 7° metaphysi
ce cõmẽto 41. nõ ẽ remotuʒ vt aliqd in
predicamento qualitatis accipiat in diffi
nitione eius ꝙ est in predicameno sube.
hec dixisse sufficiat lʒ excedãt terminos
dialetice. Deinde ɔmen. dic. ¶ Sube
ſe ꝛc. declarat qd sint ſe sube dicens ꝙ
sunt ille in qbus ɔtinẽt sube pme eo mõ
q̄ ps subiectiua ɔtinet i suo toto vniuer
sali. Exẽplificat nũc. nã hic hõ ɔtinet in
homie tanq̄ i spẽ. ꝛ in aiali tanq̄ in gñe
Notãdũ ẽ ꝙ subaʒ pmã diffinit i singla
ri ꝛ subas ſas in plali cui⁹ rõ põt eẽ du/
plex: pma q: q̄libet suba pma hẽt tantuʒ
vnaʒ hitudinẽ. s. ad supiora nõ ãt ad infe
riora. quũ nihil habeat sub se: suba vero
ſa puta spẽs hẽt duas hitudines. s. ad su
periora ꝛ ad inferiora. Alia rõ est q: ois

suba pma se hẽt trũ vno modo. quũ q̄li
bet sit indiuiduũ: sube rõ ſe se habẽt plu
ribus modis. q: aliq̄ sunt spẽs alique ãt
genera. Ex h textu phy. orit dubitatio
dicit. n. ꝙ suba per prius dr̃ de suba p/
ma q̄ de ſa. qđ videt falsũ. nã oẽ gen⁹
dr̃ vniuoce ꝛ eq̄lr de ɔtentis sub se. sed
suba ẽ genus ergo dr̃ vniuoce de prima
ꝛ d ſcda. Rñdeo pmo dicã quõ accipit
hoc loco suba. ſo q̄lis sit diuisio sube in
pmã ꝛ secũdã ex qbus patebit ad argu
mẽtũ. Sciẽdũ ẽ igit vt dicit ſcũs doctor
pmo sentẽtiaꝝ di. 23ª. artic. primo qõne
pma ꝙ est differẽtia inter subsistentiã ꝛ
substantiã. naʒ subsistentia ẽ cuius act⁹
est subsistere. substantia vero dicitur
cuius act⁹ est substare: subsistere põt du
pliciter esse actus alicui⁹. vno mõ vt ei⁹
qđ subsistit alio mõ vt eius cui q̄stio sub
sistit. Pro cui⁹ notitia ẽ sciendũ ꝙ subsi
stere dic determinatũ esse nã illud subsi
stit ꝙ hẽt esse per se nõ in alio. ꝛ hʒ esse
distinctũ ab alijs. dterminatio aũt eẽndi
est a forma. forma vero est que ɔstituit
spẽm. ꝛ iõ subsistere cõuenit indiuiduis
rõne superiorũ sortes. n. subsistit q: est
homo. ꝛ non ecõtra sicut etiã est albus
per albedineʒ. forma. n. substantialis est
que dat indiuiduo ꝙ subsistat ꝛ q: for/
ma magis se tenet ex pte nature magis
q̄ ex parte indiuidui ideo subsistere per
prius conuenit substantijs ſcdis q̄ pri/
mis licet enim genera ꝛ species nõ sub
sistant nisi in indiuiduis quorum est esse
tamen determinatio essendi fit ex natu/
ra superiori patet ex dictis ꝙ subsistere
tanq̄ eius quo aliquid subsistit per pri/
us conuenit substantijs secundis q̄ pri/
mis. licet tanq̄ ei quod subsistit per pri
us conueniat primis q̄ secundis. simili/
ter substantia dicitur dupliciter vel id ꝙ
substat vel id quo aliquid substat: pri/
mum principium quo aliquid substat
sumitur ex materia cum ipsa sit primuʒ
fundamentum omnium materia auteʒ
se tenet ex parte indiuidui cum sit priu/

d

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

cipium indiuiduationis indiuiduū vero est id qđ substat per materiā. ⁊ iđ nomē sube cū dicat a substare per prius cōuenit subiis primis q̄ȝ secūdis. ⁊ sic patet primū. Quo ad scđm dicit .s.d. in qōnibus đ potētia dei .q.5. articulo scđo ad beatū do. diuisio sube in pmā ⁊ scđaȝ non est diuisio gn̄is in spēs quod sic probat. Una spēs diuidentiū aliquod genus nō cōtinetur i alia quū sint disperate. ⁊ opponant rationes suarum differentiaruȝ sed scđe substantie continēt in primis ergo suba non diuidit in primaȝ ⁊ scđam tanq̄ȝ in species. Ex quibus concludit q̄ est diuisio analogi in sua analogata. eo modo quo đclaratuȝ est patet ex dictis ad argumentū. q2 hic non diuidit suba vt est genus. Si vero q̄rat q̄ sit ppria rō p̄dicamenti sube. đclaratū est in questione p̄cedenti. Deiñ quū dicit. (manifestum aūt) đclarat quō habeāt se sube scđe ⁊ accidentia ad primā subam vbi primo ponit hanc conclusioneȝ secunde sube predicant de primis f̄m nomen ⁊ f̄m diffinitionē. q̄ sic probatur. qcqđ dicitur đ aliquo essentialr̄ predicat de eo f̄m nomen ⁊ diffinic. Nam si sortes est homo est etiā animal rationale sed sube se predicantur đ primis essentialiter ergo ⁊c̄. Scđo arguit sic aial predicatur de homine essentialr̄. quū sit de ei⁹ diffinitione ergo p̄dicat de aliquo hoie. sed animal est scđa suba ⁊ aliquis homo ē suba pima eo mō quo supra fuit expositum ergo ⁊c̄. Hic est dubitatio quō teneat ista cōsequentia phy. sic arguentis homo est aial ergo aliquis homo ē aial. Ad hoc est responsum i ante predicamētis dum exponeret illa regula qñ alterȝ đ altero predicat: Sciendū tamē q̄ hec ꝯsequentia non est formalis animal dr̄ de homine ergo đ aliquo homine: quia nō tenet in analogis. Naȝ non sequitur corpus đterminat sibi figuraȝ. quū non possit esse sine figura: ⁊ similiter mā determinat sibi formā ergo đterminat sibi

aliquā figuram vel aliquaȝ formā: imo nullam sibi đterminat quū materia sit i differens ad quālibet formam ⁊ corp⁹ ad figurā. De hoc ēt dictū est sup̄ Porphiriū duȝ q̄rebat an nullo homine existente ista propositio sit vera homo est animal. Scđa ꝯclusio aliqua accidentia non dicuntur đ prima suba f̄m nomen nec f̄m rationem probatur accidentia i abstracto nō dn̄r đ prima suba neq̄ȝ f̄ȝ nomen neq̄ȝ f̄m rationem. sed accidentia in abstracto sunt accidentia ergo ⁊c̄. minor patet maior similiter. nam ista est falsa sortes est albedo. Tertia cōclusio aliqua accidentia predicantur de prima substantia f̄m nomen non tamen f̄m rationem. ista enim ppositio est vera sortes est albus ratio tñ albi sortis non cōuenit albi quū sortes non sit color disgregatiuus visus que est albi diffinitio. Cōcedo tamen q̄ ratio albi dr̄ đ sorte dnominatiue: nam sortes est coloratus colore disgregatiuo visus. Qr autem huiusmodi accidentia sint in primis subiis arguit sic. Color est in corpore ergo est in aliquo corpore. ista ꝯsequentia ideo tenet. quia predicata per accidens non cōueniunt scđis substantiis nisi p̄ pimas ⁊ iđ cum color predicet per accidens de corpore non potest in corpore esse nisi in aliquo corpore sit. sicut ēt homo non potest currere nisi aliqs homo currat. Deinde quū dicit (đstructis ergo ⁊c̄) ifert hoc corelarium đstructis primis substātiis impossibile est aliquid aliaruȝ remane quod sic probat. Destructis primis subiis distrunnt omnia que in eis sunt ⁊ que đ eis dn̄r. sed oia alia aut sunt i primis substantiis aut de eis dn̄r vt patet ex predictis: ergo destructis primis oia alia destruuntur. Istud correlariū đbet itelligi quo ad actualē existētiā. cū .n. gn̄a ⁊ spēs ñ existāt nisi i singularib⁹ ⁊ accidētia nō possint realr̄ eē siñ subo đstructis oibus singularib⁹ substātiis necesse ē genera ⁊ spēs ⁊ accidētia đsinere eē. Anto

nius andree dicit subam p̃mã ⁊ ꝯam eẽ
corelatiua d̃structo aũt vno corelatiuoꝝ
destruit̃ ⁊ reliquũ. ⁊ ideo destructis p̃
mis sub̃ is destruunt̃ ꝯe. idez de subo ⁊
accidente. q̃ expositio nõ videt̃ conueni
ens. Constat. n. ꝙ rõ sube non est relati/
ua. ratio ẽt primi nõ dicit respectũ ad ꝯz
sed dicit negationẽ. nã illud est primum
ante qd̃ nihil est si enim primũ refere/
ret̃ ad 2^m sequit̃ ꝙ xp̃s non posset dici
primogenit⁹ beate Marie virginis nisi
habuisset aliũ filiũ post ipsuz simil'r subz
⁊ accidẽs nõ sunt corelatiua aliogn d̃stru
cto accidẽte corrũpit̃ subm ⁊ posito sub
iecto statim poneret̃ accidẽs. q̃ oĩa con/
stãt esse falsa (Subarum vero ꝓpriaꝝ)
cõparat phy. subas ad inicẽ. ⁊ põit q̃ttu
or cõclusiones quaꝝ p̃ma talis est spẽs
de genere sube ẽ magis suba q̃ȝ genus.
Hanc cõclusionẽ probat dupl'r primo
sic. Illud est magis suba qd̃ est ꝓpiqui
us maxime sube. sed species ẽ ꝓpiqui
or maxime sube q̃ȝ gen⁹ ergo ⁊c̃. maior
tenet ꝑ illã regulã id est magis tale qd̃
est ꝓpinquius maxime tali: minor pro/
bat̃ spẽs est propinquior sube p̃me q̃ȝ
genus. sed prima suba est maxime suba
vt patet ex eius diffinitione ergo ⁊c̃. ma
ior ꝓbat̃ id est propinqus p̃me sube qd̃
distinctius ⁊ certius notificat eã. sȝ spẽs
distincti⁹ notificat p̃maz subaz q̃ȝ genus
q: si ĩterrogat̃ quid est sortes ꝯuenienti⁹
respõdet̃ ꝙ est hõ q̃ȝ ꝙ ẽ aĩal ergo ⁊c̃.
Pro notitia maioris ⁊ minoris huius
rõnis ẽ notãdũ ꝙ duplex ẽ cognitio vna
ꝯfusa ⁊ alia distincta. Cognitio cõfusa est
qua cognoscit̃ aliq̃d in ꝯceptu cõfuso. cu
iusmõi ẽ ꝯcept⁹ generic⁹. ⁊ talis cogni
tio ẽ iꝑfecta q: nõ ẽ ꝑ ea que sunt ꝓp̃a
rei. Cognitio distincta est q̃ cognoscitur
aliquid in conceptu specifico. ⁊ hoc ẽ ꝑ/
fecta. q: est cognitio rei quãtũ ad vltimã
differentiã. ⁊ ideo bene dixit phy. ꝙ cer
tius rñdetur ꝙ sortes est hõ q̃ȝ ꝙ ẽ aĩal
si enĩ scio ꝙ sor. sit aĩal adhuc restat scire
si sit rõnalis vel non. Scd̃o arguit̃ sic ad
idem. (ibi amplius vero) illa suba ẽ ma
gis suba que plurib⁹ substat. sed species
pluribus substat q̃ȝ genus. nã spẽs sub/
stat accidentib⁹. ⁊ etiaz ipsis generibus
genus aũt nõ substat spẽb⁹ sȝ tm̃ accidẽ
tibus ergo ⁊c̃. Deiñ quũ d̃r (ipsarum
nãq; spẽꝝ) ponit secũdã ꝯclusionẽ q̃ est
ista. vna spẽs spãlissima non est magis
suba q̃ȝ alia. hanc ꝓbat tali ratiõe illaruȝ
subarũ p̃maꝝ. quarũ vna ẽ magis suba
q̃ȝ alia. vna magis indicat p̃mã subaz q̃ȝ
alia: vt patuit ex prima rõne precedẽtis
ꝯclusionis sed vna species spãlissima nõ
magis indicat primã subam q̃ȝ alia er/
go ⁊c̃. maior patet. minor declarat̃: naȝ
si querit̃ de aliquo homine q̃d sit nõ cõ
uenientius rñdetur ꝙ sit homo. q̃ȝ re/
spondeat̃ de aliquo equo ꝙ sit equus.
Similiter ponit tertiam conclusionem
Una prima substãtia nõ est magis suba
q̃ȝ alia ad hanc conclusionem arguit sic.
Omnis substãtia que magis est suba q̃ȝ
alia pluribus substat. vt patet ex ꝯa ra/
tione p̃me conclusionis: sed prima sub/
stantia oĩno pluribus non substat q̃ȝ alia
omnes enim substãt accidentibus ⁊ ge
neribus ⁊ speciebus ergo ⁊c̃. Concedo
tamen ꝙ in vna prima substantia sunt
plura accidẽtia q̃ȝ in alia. sed penes hoc
non dicitur magis substantia q̃ȝ alia. De
inde quum dicit̃ (merito autem) po/
nit quartam conclusionem que hec est
Tantum genera ⁊ species sunt secunde
substantie: istam conclusionem sic pro/
bat. Omnis secunda substantia predica/
tur inquid de substantia prima: sed tan/
tum genera ⁊ species sunt huiusmodi.
ergo ⁊c̃. maior patet: quia etiam supra/
dictum est ꝙ species est magis substan
tia q̃ȝ genus: quia certius dicit quid sit
prima substantia. minor probatur si ali/
quid preter genera ⁊ species predicant̃
inquid de substãtia prima. maxime hoc
esset differẽtia substantialis: sȝ ipsa non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

dicitur in quid sed in quale vt patet ex
eius diffinitiōe quā pōsit porphi.gº ꝛc̄.
Seqtur ex his ꝙ diuisio in p̄mā ꝛ secū
dam substantiā non est diuisio sub̄e vni
uersaliter accepte cū differētia nō sit ali
qd̄ istoꝝ.sed est diuisio sub̄e existentis
directe in linea p̄dicamentali vel dici pōt
vt inqt Burleus ꝙ differentia est sub̄a
s̄a sed aristotiles non enumerat eā quia
loquit̄ tantū d̄ illis subijs que sunt dire
cte in predicamēto.p̄ma tamen exposi
tio videt̄ ꝯformior textui.(Cōmune ē
aūt)ista est sc̄da pars pricipalis hui⁹ ca
pituli in qua phylo.enumerat sex ꝓprie
tates sub̄e quaꝝ hec est prima propriuꝫ
est sub̄e non esse in subiecto. Hāc p̄mo
probat inductiue nā p̄ma substātia non
est in subiecto vt pꝫ ex ei⁹ diffinitiōe s̄be
ēt sc̄de i subiecto nō sunt hō.n. ꝛ aīal ꝛ
alia huiusmōi i nullo s̄biecto sūt. Sc̄do
arguit ad idē rōne sic nullū existens i sub
iecto predicat̄ d̄ prima sub̄a.s̄m suā ra
tionē vt s̄ ꝓbatuꝫ:est.sed oēs sc̄de sub̄e
p̄dicant̄ d̄ p̄ria s̄m nomē ꝛ s̄m rōnem
vt ibidē fuit d̄claratū.ergo nulla s̄a s̄ba
est in subiecto. Deinde cū dicit(non est
aūt)dicit ꝙ ista ꝓprietas nō est ꝓpriuꝫ
quarto mō q: ñ ꝯuenit soli sub̄e sed etiā
differentijs.q: differētie p̄dicāt̄ d̄ p̄mis
substātijs s̄m nomē ꝛ s̄m rōneꝫ eo mō
quo hn̄t ꝓpriā rōneꝫ nō.n. possunt pro
prie d̄finiri. Ex quo seqt̄ ꝙ in subiecto
nō sunt. Pꝫ ex his ꝙ supra diuisit sub
stātiā q̄ est directe in predicamento cuꝫ
excludat differētias ꝛ subaꝫ quā diuise
rat. Deiñ cū dicit.(Nō nos cōturbēt)
Respōdet cuidā obiectiōi posset.n. ali
quis dicere ptes sub̄aꝝ sunt in sub̄o quū
sit in suo toto ergo aliqua sub̄a ē in sub̄o.
aut opꝫ dicere ꝙ partes sub̄aꝝ non sunt
sub̄e. Ad hoc dicit phy.partes substaruꝫ
esse in toto nō tamen in subiecto q: esse
in sub̄o ꝛ esse i toto sunt diuersi modi es
sendi.accidens enim nō constituit suum
sub̄m nec est prius sub̄o sue ptes auteꝫ
ꝯstituunt totū. Immo aliq̄ partes suni
p̄ores toto ꝛ sunt d̄ essentia ei⁹. sicut pꝫ
ꝙ materia ꝛ forma sunt partes essentia
les sub̄e cōposite. Sciendum est aūt ꝙ
sub̄a accipit̄ dupliciter vno mō vt disti
guit̄ ꝯ̄ accidens:alio mō vt dicit aliqd̄ p
se subsistens cōpletū i sp̄e:partes subaꝝ
q̄cūqꝫ sint sunt sub̄e p̄mo mō nō autem
sc̄do. Contra hanc ꝯclusionē arguit̄ sic.
aīa est sub̄a cū non sit accidens. ꝛ tamē
est in sub̄o.s.in mā ergo aliqua sub̄a est
in sub̄o Respōdet ad hoc.s.d.in tracta
tu d̄ principijs nature ꝙ est differentia
inter sub̄m ꝛ mām.nam mā ē pura po
tentia nullā d̄ se hn̄s formā sub̄m aūt ē
ens i actu p aliquā formā substantialeꝫ
ꝛ est in potentia ad formas accidentales
licet ergo aīa sit in mā non tn̄ est in sub̄o
cum mā non sit ꝓprie sub̄m. 2º arguit̄
sic. Nulla negatio est ꝓprietas sub̄e cū
oīs ꝓpa passio sit ens reale.sed nō esse i
sub̄o accipit̄ dupl'r vno mō vt est nega
tio s̄m ꝙ littera sonat ꝛ sic non est pro
prietas sub̄e vt bene ꝯcludit argumētū.
Alio mō accipitur s̄m ꝙ per talem ne
gationem circūloquitur aliquid positiuū
.s.hoc ꝙ est p se esse.ꝛ hoc modo ē pro
prietas sub̄e immo est rō sub̄e vt distin
guit̄ ꝯ̄ accidens sicut supra d̄claratū fu
it. Deiñ ꝙ cū dicit(In est aūt). ponit
s̄am proprietatem sub̄e quā per duas
conclusiones d̄clarat. Prima hec est ge
nera ꝛ sp̄es subaꝝ ꝛ etiā differētie essen
tiales predicant̄ vniuoce quā conclusio
nem sic probat. Q̄cūqꝫ predicatur s̄m
idem nomen ꝛ eandem rationem pre
dicantur vniuoce vt patet ex diffinitione
vniuocorum sed omnia predicta sunt
huiusmodi. nam sp̄es dr̄ s̄m nomen ꝛ
rationem de indiuiduis genus etiā dici
tur eodem modo de specie ꝛ per con
sequens de sub̄a prima per illam regu
lam qñ alterum d̄ altero predicatur ꝛc̄.
Similiter differentia predicatur de spe
cie ꝛ de indiuiduis.hec aliter nō probat
q: d̄ se patent ꝛ super per phy.declara
ta sūt. Sc̄da cōclusio prima sub̄a nō p̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

probat ꝙ linea sup̃ficies cor∕
pus. tẽpus ꝛ locus sint quãtitates cõti∕
nue. ꝛ arguit sic. Oẽs ille q̃titates sunt
continue. quaꝝ ptes copulant᷑ ad vnuz
terminũ cõez. quũ ista sit descriptio quã
titatis ꝯtinue. sz ptes oĩuz istaꝝ sunt hu∕
iusmõi gº iste sunt quãtitates ꝯtinue mi∕
norẽ ꝓbat. q: ptes linee copulant᷑ ad pũ
ctũ eundẽ. q est principiũ vnius ꝛ finis
alterius. partes superficiei copulant᷑ ad
lineã. ꝛ ptes corporis ad sup̃ficiẽ. partes
vero tẽporis copulant᷑ ad idẽ nunc ꝙ ẽ
finis p̃teriti ꝛ principiũ futuri. ꝛ partes
loci copulant᷑ ad easdẽ particulas ad q̃s

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

copulantur particule locati. Quantū ad lineam est sciendū q ipsa sic describitur ab euclide linea est longitudo sine latitudine cuius extrema sunt duo puncta. Ex qua diffinitione patet q pūctus ponitur in diffinitione linee. quia omnis linea recta habet duo puncta in actu. quorum vnum est principiū linee aliud vo est finis eius et ille qui est principiū vo est finis. preter ista etiam duo que hēt i actu. habet infinita in potentia quorum quilibet est finis precedētis partis linee et principium subsequentis. Non dico tamen q puncta sint de essentia linee quia quicqd est de essentia linee est quātitas. quū quantitas non sit nisi ex quantitatibus. sicut subā non constat nisi ex substātijs vt dicit primo physicorū. pūctus etiā non est quātitas. sed reducitur ad pdicamentū quantitatis tanq principium quantitatis et preterea omne diuisibile cōponit ex diuisibilib⁹ vt dr 6° physicorū. sed linea est diuisibilis. punctus vo indiuisibilis ergo non cōponit ex punctis ex quo etiam patet q non sit quantitas cuius propria ratio est diuisibilitas. Et sic arguit contra punctus ponitur in diffinitione linee tanq pars esse essentialis. ergo est de essentia eius. Respondeo negatur consequentia. quia pūctus non ponit in diffinitiōe linee. tanq pars eius essentialis aut integralis. sed tanq terminus eius q dictū est de linea respectu punctorum. dicendū est de superficie respectu linee et de corpore respectu supficiei hoc excepto q linea superficies sunt diuisibiles quamuis linea non sit diuisibilis secundum q terminat superficiem nec superficies secundum q terminat corpus. Linea enim determinat superficiem sm latitudinem. Cōstat autem lineam non esse diuisibilem in latum sed solum in longum. Similiter superficies non est diuisibilis sm pfunditatem sm quem modum terminat corpus. Quantum vero ad locum est sciendum q locus est in corpore locante, et non in locato. vt dicitur 4° physicorum propter q non est dicendum q partes loci terminentur ad idem numero ad q terminantur partes locate nec sic intelligit phylosophus sed q similiter et proportionabiliter terminent sicut partes locati quia locus et locatum similiter coextenduntur. et illi in quo copulantur partes locati correspondet in loco aliquid ad quod copulantur partes loci. Sufficientia vero istarum specierū ponit. s. d. in libro de natura generis dicens q quantitatum continuarum aliqua est successiua et sic est tempus aliqua vero est permanens et hoc dupliciter quia vel mensurat extrinsece et sic est locus vel intrinsice et hoc tripliciter quia vel mensurat sm vnam dimēsionem et sic est linea vel sm duas et sic est superficies vel sm tres et sic est corpus. ¶ Dubitatur an tempus et locus sint quantitates et videtur q non quia phy. in. 5° metaphysice enumerās species q̄titatis nihil dicit d loco aut dicit ibi esse quātitatem per accidens. sicut et albedo est quanta per accidens. Id autem q est quantum per accidens non est de genere quantitatis. Respondet ad hoc scūs. d. vbi supra vnica conclusione que est ista tempus et locus sunt de predicamento quātitatis quod probatur dupliciter primo quia sunt diuisibiles in partes eiusdem rationis ergo sūt quantitates sdo q eis conuenit ratio mensure que est proprietas quantitatis. Ad argumentum dicitur q metaphysicus considerat de quātitate quantum ad entitatem eius. et quia locus non est alia entitas q̄ superficiei corporis locantis ideo non posuit locum esse speciem quantitatis distinctam a superficie logicus vero considerat quantitatem quantum ad rationem mensure. quia sm hoc potest ei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

attribuere intentiones logicas ꝛ id ꝙ mensurat vno modo est species distincta ab eo ꝙ mensurat alio modo. ꝛ ideo quia superficies mensurat intrinsece sed non extrinsece ideo posuit locum esse distinctam speciem a superficie. licet sint eadē res ad illud de tēpore. Respondet sanctus doctor vbi supra eodem modo ꝙ metaphysicus considerat quantitatem scđm esse suum ꝛ non in ratione mensure. ꝛ ideo illa que sunt quantaper aliud non possunt esse species quantitatis. Huiusmodi est tempus. ꝑ non est q̄tum nisi ratione motus quo mensurat: motus vero non est q̄tus nisi ratione magnitudinis supra q̄ est. sed quia tempori conuenit specialis ratio mensure ideo logicus dicit ipsum esse speciem quantitatis. Deinde cum dicit. (Amplius autem alia) manifestat secundam diuisionem supra positam que fuit ꝙ quantitatum aliq̄ constant ex partibus habentibus positionem alique vero constant ex partibus non habentibus positionem. vbi dictum fuit ꝙ hr̄e positionem est habere partes ordinatas ꝛ situatas. Et circa hoc ponit duas conclusiones quarum prima hec est linea corpus superficies ꝛ locus habent positionem ꝛ arguit sic. Quotcūqꝫ hn̄t partes ordinatas in toto ꝛ permanentes habent positionem sed predicta sunt huiusmodi ergo ꝛ cetera. Secunda conclusio tempus numerus ꝛ oratio non habent positionem ꝙ probat ex hoc ꝙ partes numeri non sunt situate inter se. partes vero temporis ꝛ orationis non permanent sed vna alterius succedit. Ex hoc loco colligitur ꝙ tres conditiones sunt de ratione quantitatis habentis positionem. Primo ꝙ partes eius habēt situm. secundo ꝙ habent permanentiam. tertio ꝙ habeant continuitatem prima ꝛ tertia non conueniūt numero. prima secunda non conueniunt tempori. prima secunda ꝛ tertia non conueniunt orationi. ¶ Deinde cum dicit (Alia vero omnia) determinat de quantitatibus per accidens ꝛ intendit hanc conclusionem. Preter septem species quantitatis enumeratas. quecunqꝫ alia dicuntur esse quantitates sunt quantitates per accidens ꝛ arguit sic. Quicquid est quantum per comparationem ad aliud est quantum per accidens ꝛ non per se sed omnia alia que dicuntur quantitates sunt huiusmodi ergo ꝛc̄. maior patet quia id quod conuenit alicui per se conuenit etiam omni alio remoto minor probatur inductiue nam albedo dicitur magna vel parua. quia est in magna vel parua superficie. ꝛ similiter actio vel motus dicitur esse breuis vel longus quia sunt in paruo vel in multo vel longo tempore. Ex quibus concluditur ꝙ sole predicte species sunt quantitates per se. ¶ Deinde cum dicit (Amplius quantitati) Assignat tres proprietates. secunda ibi (sed non videtur) tertia ibi (proprium vero) Circa primum duo facit ponit primo conclusionem. secundo obicit contra eam ibi. (Nisi multa) Conclusio quam ponit est ista quantitati nihil est contrarium. Hanc vero probat inductiue ex eo ꝙ nulla predictarum quantitatum hebet aliquid cōtrarium. Potest tn̄ ꝓbari rōne. Dictū est. n. supra ꝙ ꝯ̄ria maxie distāt sub eo dē gener̄. sꝫ nulle q̄titates maxie distāt gͦ nulle quātitates sunt ꝯtrarie: maior patet. Pro notitia vero minoris est sciendum ꝙ omnis quantitas aut est continua aut discreta. quantitas continua est diuisibilis in infinitum vt dicitur. 3ͦ physicorum ex quo sequit̄ ꝙ data quacūqꝫ quantitate potest dari minor. ꝛ per consequens ꝙ nulla quantitas continua maxime distat quantitas vero discreta est augmentabilis in infinitum. vnde dato quocunque numero potest dari maior ꝛ sic non possunt esse duo numeri. maxime descn̄tes: idem dico de oratione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

constat enim oratio ex syllabis. vñ data
q̃cũq; orone põt dari alia pluriũ syllaꝝ.
¶ Deinde cũ dicit (Nisi multa) argui
tur ꝯ hanc ꝯclusionẽ duplr. sa ps icipit
ibi (maxime aũt) p̃mo ergo arguit sic.
magnũ ꝛ paruum sunt ꝯria. ꝛ similiter
multũ ꝛ paucũ. sed ista sunt q̃titates gº
alique quãtitates sunt ꝯrie. Deĩde cum
dicit (hoꝝ aũt) Respõdet ꝛ primo ne/
gat minorẽ sᵒ maiorez ibi (Amplius si
erunt) Dic̃ itaq; p̃mo ꝙ magnũ ꝛ par
uuz ꝛ multũ ꝛ paucũ nõ sunt quantita/
tes sed relatiua ꝙ sic ꝓbat. Id cuiꝰ rõ
est ad aliud se habere ẽ relatiuũ. sed ista
sunt huiusmõi. dr̃. n. aliqd esse magnuz
per cõparationẽ ad paruũ. ꝛ dĩ multuz
ꝑ cõparationẽ ad paucum. Preterea si
ista nõ essẽt relatiua. sed absoluta. sequit̃
granũ milij non posset dici magnũ nec
mõs posset dici paruus: nec ꝙ ĩ ciuitate
sint pauci hoĩes ꝛ in domo sint multi. sȝ
oĩa ista sunt falsa ut pȝ ex cõi vsu loquẽ/
tium ergo ꝛc̃. Prima ꝯñtia ꝓbat̃ si. n.
magnũ esset qd absolute dictũ nõ possȝ
dici magnũ nisi hẽt magnã q̃titatẽ: nec
ꝑuum nisi habet paruaz. ꝛ ꝑ ꝯñs cum
granũ milij nõ habeat magnã quãtitatẽ
nec mõs ꝑuam ẽ. n. de rõne mõtis ꝙ sit
magnus de supeminẽs vt dr̃ tertio me
tauroꝝ seqtur ꝙ dictũ ẽ. idẽ dico ď alijs
exẽplis q̃ ponit. Preterea oĩs quanti/
tas significat q̃titatẽ. sicut pȝ de hoc no
mine bicubitũ tricubitũ magnũ ꝛ ꝑuũ
non significat quantitatẽ cũ ad aliud dicã
tur ergo ꝛc̃. ¶ Cõtra magnitudo ꝛ mlᵗ
titudo sunt quãtitates ergo magnum ꝛ
multuz sunt q̃titates ãtecedẽs pȝ: ꝯñtia
ꝓbat̃. Cõcretũ ꝛ abstractũ idez signifi/
cãt ꝛ differũt tm̃ gramaticalit̃ sȝ ista se
habent vt cõcretũ ꝛ abstractũ ergo ꝛc̃.
Scdõ multitudini oponit̃ vnitas sȝ mlᵗ
titudo est quãtitas ergo quantitati aliqd
oponit̃. ¶ Respõdeo ad primũ ꝙ ma
gnitudo ꝛ multitudo accipiunt̃ duplr
vno mõ vt est quãtitas. alio mõ vt sunt
passiões eius quaꝝ vna. s. magnitudo ẽ
passio cõtinui. alia vero. s. multitudo est
proprietas discreti. Dico sᵒ ꝙ vt sunt
quantitates non sunt abstracta hoꝝ con
cretoꝝ magnũ ꝛ multũ sed vt significat
passiones quantitatis. Dico 3º ꝙ ꝯñtia
nulla est q2 abstractũ ꝛ ꝯcretũ in multis
differũt nõ tm̃ gramaticalit̃ sed ẽt re. nã
sorteitas sic̃ tm̃ humanitatẽ sortis signifi
cat sortes ṽo ꝑ̃ter hoc significat etiaz pri
cipia indiuiduantia eius. Cõstat autẽ ꝙ
sortes ꝛ sorteitas sunt cõcretũ ꝛ abstra/
ctum. ¶ Ad sm negat̃ ꝯñtia q2 vnum
nõ oponit̃ multitudini ꝯtrarie sed ꝑ̃ua/
tiue. Sciendũ ẽ tamẽ vt dicit. s. d. primo
sententiaꝝ di. 24. arti. 2. ad tertiũ ꝙ vnũ
põt duplr accipi vno mõ. Quantũ ad id
ꝙ est. Alio modo quantũ ad id ꝙ ꝯseq/
tur itellectũ eius. si sᵒ mõ sic oponitur
relatiue multitudini. tanq; principiũ ꝑ̃n/
cipiato. ꝛ sicut pars toti: ꝛ iteꝝ sicut mẽ
sura mensurato. nã vnũ est ꝑ̃ncipiũ mul
titudinis. ꝛ pars ꝛ mensura eius q2 vni
tas per sui reiterationẽ mensurat q̃libet
multitudinẽ. si p̃mo mõ hoc cõtingit du
pliciter vno mõ quantũ ad diuisionem
que est de rõne vnius: nã vnũ est indiui
sum ꝛ oponit̃ priuatiue nõ quidem ipsi
multitudini sed diuisioni que est ď ratio
ne multitudinis: in qualibet. n. multitu/
dine sunt multa ab inuicẽ diuersa. quoꝝ
vnum non est aliud. Alio mõ põt accipi
quantũ ad entitatez suam. Et hic duplr
vno mõ vt hȝ specialez rõnez mensure
ꝛ sic vnũ ꝛ multa sunt dispata. nam qui
libet numerus ꝛ similr vnitas habent
spãlem ꝛ distinctam rationem mensure
Si vero accipit̃ vnum quantũ ad id ꝙ
est sine quacũq; alia ratione. ꝙ est consi
derare vnuz materiale. sic cõstituit mul
titudinẽ. Ex dictis patet ꝙ multo oponi
tur paucũ. ꝛ etiã vnũ sed diuersimode
Nã multũ potest accipi dupliciter vno
modo absolute. ꝛ sic ei opponit̃ vnum
ꝛ hoc modo q̃cũq; sunt plura. vno sunt
multa. alio modo accipit̃ vt dicit exces/
sum quẽdam ꝛ sic opponitur pauco.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.6.39

¶ Deinde cũ dicit (Amplius si erit) Negat maiorẽ premisse rationis in qua dicebatur ꝙ magnũ ⁊ paruuȝ sunt contraria. ⁊ ꝙ non sint contraria Instat dupliciẽ. ꝑo ibi. (Et eadẽ sibi ꝯria.) Prio arguit sic si magnũ ⁊ ꝑuum sint ꝯria sequiẽ ꝙ cõtraria sint simul in eodeȝ. sed hoc est ĩpossibile ergo ⁊c̃. minor patet maior probaẽ. Idem est simul magnũ ⁊ paruũ ergo si sunt contraria seqtur ꝙ cõtraria simul eidẽ conueniant ꝯñtia pȝ antecedens. ꝓbaẽ granũ milij est simul magnũ respectu alterius grani. ⁊ ẽ ꝑuũ respectu mõtis. Videẽ ista rõ phylosophi. peccare per falaciã ꝑm quid ⁊ simpliciter: arguit Nãq3 sic istud ẽ magnuȝ respectu vnius ⁊ est ꝑuũ respectu alterius ergo est magnũ ⁊ ꝑuũ. Cõstat eniȝ ꝙ eẽ magnũ vel ꝑuũ respectu alterius est eẽ paruũ vel magnũ. ꝑm quid ⁊ nõ simpliciter. sicut ẽt nõ sequiẽ color rubeus habet rõneȝ nigredinis ꝑ cõparationem ad albedinẽ. ⁊ hȝ rõneȝ albi ꝑ cõparationẽ ad fuscũ ergo est albus ⁊ fuscus. Rñdeo ꝙ ẽ differẽtia ĩter formas absolutas ⁊ relatiuas q: forme absolute suscipientes magis ⁊ minus nõ denominant suũ subtm nisi sint vltra dimidium sue latitudinis ꝑꝑ qꝺ rubeũ ⁊ qcũq3 alius color nõ põt denominari albũ aut nigrum. q: in eo nõ est albedo aut nigredo nisi in esse valde remisso. forme autẽ relatiue denominant suũ subtȝ simpliciẽ ꝑꝑ qꝺ ille q est pater quocũq3 sit pr̃ denominaẽ pr̃ simpl'r. Cũ igiẽ magnum ⁊ paruũ sint relatiua non arguiẽ ꝑm qd ad simpl'r dicendo. hoc est magnuȝ respectu illi⁹ ergo est magnũ ⁊ simil'r sortes est pr̃ ꝑ cõparationẽ ad platonẽ filiũ ergo est pr̃. Sequiẽ ex dictis ꝙ p̃dicata affirmatiua simpl'r dicta sequunẽ ad se ipsa sumpta cũ determinatiõe nõ diminuente. Nam bene sequiẽ sortes est pr̃ platonis ⁊ filius Ciceronis ergo est paẽ ⁊ filius. Nec tñ sequiẽ ꝙ sit pr̃ ⁊ nõ pr̃ q: licet p̃dicata affirmatiua simpl'r dicta sequanẽ ex se ipsis sumptis cũ determinatione. Non tñ predicata negatiua. Deinde cũ dicit (Et eadẽ) Probat ꝑo ꝙ magnũ ⁊ paruũ nõ sunt ꝯtraria. quia sequereẽ idẽ esse ꝯtrariũ sibi ipsi cũ enĩ aliqd paruũ sit etiã magnũ. si paruũ opponiẽ magno idẽ est sibi ipsi oppositũ. ¶ Deĩde cũ dicit (maxime aũt) Obicit ꝑo ꝯ dictã cõclusionẽ tali rõne. Sursuȝ ⁊ deorsum sunt cõtraria ⁊ sunt quãtitates ergo in quantitate est ꝯrietas maiorẽ ꝓbo: sursum ⁊ deorsuȝ maxime distant ergo sunt ꝯria. Ad hãc rationẽ non respondet phy. q: de sursuȝ ⁊ deorsum. ⁊ de alijs differẽtijs positionis diceẽ in predicamento situs. Põt tamen negari maior ad probationẽ cuius diciẽ. ꝙ sursum ⁊ deorsum maxime distant distantia locali. nõ tamẽ maxime distant distãtia formali. Talis aũt distantia requiriẽ ad contrarietatẽ. Negaẽ etiã minor q: ista significãt respectũ. non. n. diciẽ aliqd sursum nisi ꝑ cõparationeȝ ad deorsum nec dextrũ nisi ad finistrũ ꝓpter qꝺ solet dici ꝙ dextrũ ⁊ sinistrum sunt relatiões reales in animalibus. ¶ Deinde cuȝ dicit (Sed non videẽ) Ponit ꝑam conclusionẽ q̃ ẽ hec quantitas non suscipit magis ⁊ minus istam conclusionẽ probat phy. inductiue bicubitũ ⁊ tricubitũ ⁊ sic de aljs non suscipiunt magis ⁊ minus. non. n. vnum bicubitũ ẽ magis bicubitum altero. ¶ Huius oppositum videtur dixisse phy. quarto physicoruȝ vbi comparat motum quantitatis per rarefactionem motui caloris per intensionem dicens ꝙ sicut ideȝ calor est nũc intensior nũc remissior sine additione alicuius forme. ita eadem quantitas ẽ nũc maior nunc minor sine additione alicui⁹ quantitatis sed per solam condensioneȝ aut rarefactionem. ¶ Respondeo Et primo dicam quõ diuersimode augeẽ quantitas scꝺo dicam ad quesitum quãtum ad primum dico tria. Primo ꝙ alique sunt quantitates per accidens si/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

cut albedo que dicitur magna vl' parua
⁊ diuisibilis q₂ est in magna vel ĩ parua
⁊ diuisibili sup̄ficie. Alie sunt quãtitates
per se. ⁊ iste sunt ille. qbus ꝑ se cõuenit
diuisibilitas ⁊ augmentum. Dico s̄o ꝙ
dupl'r cõuenit aliqd augeri. Uno modo
qñ id qð augeẗ moueẗ de minori quan/
titate ad maiorez. ⁊ q₂ q̃libet pars moti
mouetur. Oportet ꝙ ĩ istis q̃libet pars
aucti augeatur vt patet in aĩalibus ⁊ in
plantis. Alio mõ dicitur aliqd augeri nõ
q₂ moueaẗ de minori q̃ztitate ad maiorẽ
ſʒ q₂ p̄existẽti q̃ztitati addiẗ aliq̃ q̃ztitas. sicͭ
si addaẗ lignũ ligno ⁊ tale augmẽtũ non
ꝓp̄e dr̄ motus augmenti ſʒ bñ p̄m⁹ dr̄
mot⁹ augmẽti. Dico 3° motus augmẽti
siue moueri ad q̃ztitatẽ maiorẽ ꝯtigit du
pliciter. Uno mõ q₂ quantitas est per se
terminus motus. ⁊ tunc oportet ꝙ fuit
additio quantitatis ad totum ⁊ ad quali
bet eius partẽ vt totũ augeatur sicut di
ctũ est de animalibus ⁊ plantis ⁊ iste ẽ
proprie motus augmenti quedã non re
peritur nisi in hñbus nutritiuã. Alio mõ
moueẗ aliquid ad maiorẽ quantitatem.
sed quantitas est terminus talis motus
solum per accidens: sicut contingit in ra
refactione. talis. n. motus terminaẗ per
se ad raritatem q̃ est qualitas. sed q₂ nõ
potest aliquid rarefieri nisi acquirat ma
iores dimensiones consequenter termi
natur ad quãtitatez. ℭ Ex his respon/
deo ad quesitũ duabus cõclusionibus.
q̃rũ p̄ma hec est. Aliqua quãtitas susci
pit magis ⁊ minus. hanc probo sic. Oĩs
forma que eadẽ numero existẽs sine q̃/
cũq₃ additione alterius dat nunc perfe
ctius esse suo subto q̃ꝫ prius: suscipit ma
gis ⁊ minus: sed aliq̃ quantitas est hu
iusmodi ergo ⁊c̃. maior patet ex ratio/
ne magis ⁊ minus minor est phy. quar
to physicoꝝ vt dictum est. hanc conclu
sionem tenet expresse sanctus doctor in
prima s̄e. q. 50. articulo. 2° ad p̄mã. vbi
dicit ꝙ magnitudini corporali contingit
augmentum dupliciter. Uno modo ꝑ

additionem subi ad subtm vt patet in
augmento viuentium. Alio modo per
solam intensionem absq₃ omni additio/
ne sic est in his que rarefiunt. ℭ Sc̄da
conclusio nulla quantitas denominata a
numeris sicut est bicubitum tricubituꝫ
⁊ huiusmodi suscipit magis ⁊ minus
hanc sic probat sanctus doctor prima 2ᵉ
questione. 52. articulo primo. Jd cuius
ratio consistit in indiuisibili non suscipit
magis ⁊ minus. cum omne suscipiens
magis ⁊ minus habeat latitudinem cui
repugnat indiuisibilitas. sed p̄dicte quã
titates consistunt in indiuisibili. sicut ⁊ q/
libet numerus a quo denominantur er
go ⁊c̃. Nec ista repugnant his que hic
dicit phylosophus ⁊ maxime prima cõ
clusio quia ipse loquitur de quantitati/
bus continuis que induunt rationem
alicuius numeri. vt patet ex eius exem
plis. Uel dici potest ꝙ mens phy. fuit
nullam quantitatem intendi ⁊ remitti
tanq̃ꝫ per se terminum intesionis q̃ztũis
possit secundario esse terminus intensio
nis vt dictum est contingere in his que
rarefiunt. ℭ Deinde cum dicit (Pro
prium vero) Ponit tertiam conclusio/
nem que huiusmodi est. Maxime pro
prium est quantitati s̄m eã aliquid dici
equale vel inequale hanc conclusionez
sic probat. Quelibet quantitas est equa
lis vel inequalis alteri. ⁊ omne equale
vel inequale habet hoc ratione quanti/
tatis ergo ⁊c̃. maior patet inductiue. mi
nor similiter. Nam albedo vt quattuor
est equalis albedini vt quattuor inquan/
tum albedo induit rationem quantita/
tis discrete. quantum ad gradus qui po
nuntur in ipsa albedine. Et simil'r vna ac
tio dicitur equalis alteri quia fit inequali
tempore. ⁊ idem est dicendum de om
nibus alijs. Notandum est ꝙ hoc no/
men equale est relatiuum significans re
lationem fundatam in quantitatem. Un
de illa dicunẗ equalia quorum vnius
quantitas non est maior nec minor quã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

itate alterius. Notandum secundo ꝙ duplex est equalitas. Una est equalitas equiparentie duorum scilicet quorum vnum non excedit aliud ſm quantitatem. vt nūc immediate est dictum. Alia est equalitas proportionis ⁊ cum tali potest stare aliquis excessus non tamen vehemens. vt patet in amicitia que non requirit equalitatem amoris ī vtroq₃ amāte nisi secundū proportionem. Potest enim esse ꝙ vnus amicū magis amet. q̄₃ ab ipso ametur. Notandum tertio ꝙ istarum proprietatum sola vltima est conuertibilis cum quantitate cum ipsa sola conueniat omni ⁊ soli quantitati. Alie vero due conueniunt etiā substantie ⁊ quibusdam aliis. Notandu₃ quarto ꝙ preter ista ponit phylosophus etiā alias tres que conuertuntur cum quantitate. primam ponit primo physicoru₃ dicens ꝙ proprium est quantitati esse finitum vel infinitum. secundum ponit tertio physicorum vbi dicit ꝙ propriu₃ est quantitati esse diuisibile ī partes eiusdem rationis licet ista sit potius ratio q̄₃titatis q̄₃ proprietas eius. Tertiam ponit decimo metaphysice dicens ꝙ mensurare subtm est proprium q̄₃titati.

D aliquid. Postqua₃ phylosophus determinauit de quantitate nunc agit de predicamento relationis. cuius ordinis ratio patet. Dictum est enim ꝙ proprium est quantitatis secundum ea₃ aliquid dici equale vel inequale ⁊ ꝙ posita quantitate statim ponitur equalitas vel inequalitas que sunt relationes. propter quod statim post quantitatem declarandum occurrit quid sit relatio. Circa quā duo principaliter facit primo loquitur de relationibus secūdum opiniones aliorum. secundo mouet dubiu₃ circa predicta Ex cuius solutione descēdit ad declarandum quid sit relatio ſm opinionem propriam ibi (habet aute₃) Circa primum duo facit primo diffinit relatiua scdo assignat eorum ꝓprietates ibi (Inest autem) Descriptio relatiuoru₃ talis est ad aliquid dicūtur quecūq₃ hoc ip̄₃ ꝙ sunt aliorum dicunt vel quomōlibet aliter ae aliud. Circa hanc descriptionem quedam declaranda occurrunt Primo quare phylosophus appellat relatiua ad aliquid. ⁊ non dixit relatiua dicuntur. scdo quare describit relatiua in concreto 3° quare ī plurali 4° quare dixit aliorum dr̄ vel quomōlibet aliter ad aliud. ¶ Quantum ad primum est sciendum ꝙ relatio differt ⁊ cōuenit cū alijs generibus accidentiū. omnia enim genera conueniunt in hoc vniuersali predicato accidens. ⁊ quia accidentis esse ē inesse subo est suba qd ideo omnia genera accidentium inquantum sunt accidentia ponunt aliquid in eo de quo dicuntur quia distāt ei aliquod esse accidētale Preter hanc autem rationem vniuersalem vnumquodq₃ genus habet sua₃ rationem propriam per quam est tale genus. nam ratio p̄ma quantitatis per quam est quantitas est esse diuisibile vt dicit sanctus doctor primo sententiaru₃ distinctione 24. propria ratio qualitatis est disponere ⁊ qualificare substantiam ⁊ sic de alijs est dicendum propria ratio relaxationis est ad aliquid se habere scilicet ad corelatiuum quod respicit. Et quantum ad has rationes proprias distīguitur relatio ab alijs generibus accidentium. quia alia genera non solum inquantum accidentia sunt. sed etiam quātum ad suas proprias rationes ponunt aliquid in eo de quo predicantur. Nam quātitas vt quantitas est dat substantie diuisibilitatem. relatio autem in quantū relaxatio ⁊ quantum ad suam propria₃ rationem nihil ponit in eo de quo dicit cum sua prima ratio non accipiatur ex habitudine ad subiectum sed ad corelatiuū. Ex h̄ seqt̄ p° ꝙ pria rō relatiōis nō ē esse in. sed est esse ad. s. ad terminū siue ad corelatiuum. Sequitur ſo ꝙ cū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

non sit de ratione relationis aliquid po/
nere ꝙ possent reperiri alique relatiões
que nihil ponunt in subiecto. ⁊ per ɔñs
non sint entia realia. sed tantum rationis
q: igitur propria ratio relatiõis est ad ali
ud se hr̃e. phs appellat relatiua ad aliqd
vt per hoc innuat eorʒ propriam ratio
nem: ⁊ sic pʒ primum. ¶ Quantum ad
ẜm dico ꝙ rerum diffinitiones dant̃ ad
hoc. vt ipse res cognoscantur pp quod
dicit phs in primo topicoꝝ ꝙ diffinitio ẽ
orõ indicans qditateʒ rei. ex quo seqtur
ꝙ vnũquodqȝ ita diffiniri dʒ vt ẽ cogno
scibile: vnũquodqȝ auteʒ tñ est cognosci
bile: quantũ est ens vñ q̃ multũ entitatis
hñt sunt multũ cognoscibilia. ⁊ que paꝝ
hñt sunt paꝝ cognoscibilia. relatio ãt ⁊ tẽ
pus ⁊ motus iter oĩa entia sunt minime
entitatis. ⁊ adhuc relatio est minoris en
titatis q̃ȝ tp̃s ⁊ motus. pp quod qdã ex
timauerunt ⁊ relationeʒ esse ens rõnis.
vt dicit cõmentator in. 11°. metaphysice
⁊ ideo ex se est cognitu difficillima. sed ex
subo in quo est sortitur aliquã cognoscibi
litatem. fuit ergo conueniens valde vt
diffiniretur concrectiue ad suum subm.
⁊ sic pʒ ẜm. ¶ Quantuʒ ad tertiuʒ dico
vt infra patebit: ꝙ vnũ relatiuum est de
diffinitiõe alterius. s. sui corelatiui. nec po
test vnum intelligi altero ignorato. nõ .n.
possum scire qd est pater . nisi sciam qd
est filius: ⁊ silr̃ vnum relatiuum non po
test esse sine suo corelatiuo ideo in plura/
li diffiniuntur. q: impossibile est esse aut
intelligi tñ vnum relatiuoꝝ. ¶ Quantũ
ad quartuʒ. dico ꝙ relatiuoꝝ aliqua sunt
relatiua ẜm dici ⁊ aliqua ẜm esse: relati/
ua ẜm dici sunt illa que principaliter im/
posita sunt ad significandum aliquid ab/
solutum ad quod tñ consequitur respe/
ctus sic hoc nomen scia. ꝙ significat quã
dam qualitatẽ. Relatiua ẜm esse sunt q̃
imposita sunt ad significandũ solos respe
ctus. siue sint reales siue rationis. vt ista
noĩa: pater filius: dextrũ sinistruʒ genus
spẽs ⁊ alia hmõi. Dico scd̃o ꝙ relatiuo/
ruʒ aliqua dñr ad aliud in habitudine ca
sus genitiui sicut dupluʒ est dimidij du/
plum. ⁊ scia est scibilis scia alia dñr in ha
bitudine datiui casus sicut simile est sili
simile ⁊ equale est equali equale alia di/
cuntur in habitudine ablatiui vt discipli/
natum est disciplina disciplinatum. ⁊ dif
ferens est dr̃ia differẽs. Dicit ergo phs
ꝙ ad aliquid dñr aliorum q: se habẽt ad
aliud siue sint relatiua ẜm esse siue ẜʒ di
ci siue in habitudine cuiusqȝ casus refe/
rantur. Et quia exemplificando dixit ꝙ
sessio ⁊ statio sunt relatiua. nam sessio est
sedentis sessio posset alicui videri ꝙ etiã
stare ⁊ sedere sint relatiua . Ad hoc re/
spondet phus dicens ꝙ sessio ⁊ statio ⁊
accubitus sunt relatiua. cum sint quedaʒ
positio siue situs. situs autem includit re
spectuʒ sed sedere stare ⁊ iacere nõ sunt
positiones: lʒ denominentur a predictis
positionibus. ¶ Cõtra arguitur sessio ⁊
sedere sunt abstractum ⁊ concretum. er
go si sessio dicit relationem etiam sedere
dicit relationeʒ. Ad hoc respondetur pri
mo ꝙ phs negat sedere includere rela/
tionem: sed dicit ꝙ non est in predicamẽ
to. Ad cuius euidentiam est sciënduʒ ꝙ
dupliciter aliquid ẽ in predicamẽto. vno
modo per se vt substãtia quãtitas. pater
nitas. ⁊ huiusmodi. Alio modo reducti
ue ⁊ hoc cõtingit quattuor modis. Uno
modo tãq̃ȝ principium ⁊ sic punctus. ⁊
vnitas. sunt in predicamento quantitatis
Secundo ratione suarum partiuʒ. ⁊ sic
oratio cõplexa est in predicamento. Ter
tio ratione sui oppositi. ⁊ sic priuationes
⁊ negationes sunt in genere suorum ha/
bituũ. Cecitas. n. est in illo genere in quo
est visus ratione eius a quo descendit. ⁊
sic concreta sunt in predicamento in vir/
tute sui abstracti. Dicit. n. phs tertio to/
picorum ꝙ album ⁊ iustum non sunt in
predicamẽto sed albedo ⁊ iustitia ⁊ hoc
modo potest dici ꝙ sedere est in predica
mẽto reductiue. sed non per se vt hic lo/
quitur phs. ¶ Sʒ q: diximus supra ali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

quas esse relationes reales ⁊ aliquas ra
tionis posset aliqs dubitare. que sint re/
lationes reales ⁊ que ratiōis. Ad cuius
euidentiam est considerandum ꝙ cum
relatio non habeat ex sua ratione ꝙ po/
nat aliquid in eo de quo dicitur. sequitur
etiam ꝙ nō habeat ex sua ratione ꝙ sint
ens reale sed si sunt alique relationes rea
les hn̄t aliunde suam realitatem q̄ȝ ex ra
tione relationis. huiusmodi auteȝ est id
supra quod fundantur. Fundatur auteȝ
omnis relatio vel super quantitatem: si/
cut est relatio dupli ⁊ dimidij ⁊ relatio
equalitatis ⁊ simultatis que lȝ fundetur
in qualitate. nō tn̄ fundatur in ea vt qua/
litas est sed vt induit rationem alicuius
pertinentis ad quantitatem. nam vnum
in qualitate facit simile. Unitas auteȝ ad
quantitatem pertinet. Alique vero rela/
tiones fundantur super actione ⁊ passio
ne sicut relatio mouentis ⁊ moti. ⁊ rela/
tio paternitatis que fundatur super potē
tia generandi sm̄ ꝙ iam aliquis genuit.
ita ꝙ genuisse ē: esse ei ratio fundandi pa
ternitatem: Contingit auteȝ aliqn̄ esse re
lationem realem in vtroqȝ extremorū.
aliqn̄ autem esse realem in altero tantū.
Ad cuius euidentiam est sciendū ꝙ rela
tio non est aliud q̄ȝ ordo vnius ad alterū
de ratione auteȝ ordinis est distinctio q:
nihil ordinatur ad se ipsum sed ad aliud.
⁊ per ꝯn̄s est etiaȝ de ratione relationis
vnde ad hoc ꝙ relatio sit realis ī vtroqȝ
extremorum tria requiruntur. Primo
ꝙ vtrūqȝ relatiuorum sit ens reale actu
existens. Secundo ꝙ realiter distinguā
tur. Tertio ꝙ sit eiusdeȝ ordinis. i. ꝙ ha
beant idem fundamentum sm̄ rationeȝ
sicut est in relatiōe equalitatis ⁊ similitu
dinis. nam quantitas super quaȝ funda
tur equalitas. ⁊ albedo super quam fun
datur similitudo sunt eiusdeȝ rationis in
quocūqȝ sint. vel per esse eiusdem ordi/
nis intelligimus esse eiusdem inclinatio/
nis. ita ꝙ sicut vnum inclinatur ad aliud
propter bonum suum ita ⁊ econtrario.

sicut contingit in relatione generantis ad
genitum. nam generans causat aliquam
perfectionem in genito. ⁊ consegtur etiā
aliquod bonum. saltem perpetuitatem
spēi. que cum non possit saluari in vno in
diuiduo. ex quo est corruptibile saluatur
in propagatione vnius ex altero. Quan/
do auteȝ vnū relatiuorum dependet ab
altero: sed non econtra. tunc in eo ꝙ sm̄
esse ab alio depēdet est relatio realis in
altero nūc est rationis tm̄ sicut est de sciē
tia ⁊ scibili. Scientia eniȝ esse non potest
nisi sit aliquod scibile. ⁊ ideo refertur ad
ipsum realiter. scibile aūt esse potest da/
to ꝙ nulla scientia sit: ⁊ ideo refertur ad
scientiaȝ tm̄ relatione rationis: non ꝙ in
ea sit aliqua dependentia ad scientiam sȝ
q: concipitur terminare relationeȝ scien
tie ad ipm̄. Patet ex his que sint relatio
nes reales vel in vtroqȝ extremo vel in
altero tm̄. Et sic relatio realis consistit in
ordine rerum sicut relatio rationis consi
stit in ordine rationum ꝙ dupliciter con
tigit sunt. n. aliqua que inter se nulluȝ rea
lem ordinem habent. quia realiter non
distinguuntur. sicut homo ⁊ animal nam
illa res que est homo est illa res que est
animal. si tamen accipiatur vt sunt in in/
tellectu sic ad inuiceȝ ordinantur eo ꝙ in
tellectus excogitauit quēdam ordinem
quem huiusmodi rebus attribuit. non
sm̄ esse quem hn̄t ad extra sed vt sunt in
intellectu. ⁊ ista est relatio rationis quaȝ
super porphirium diximus significari.
his nominibus species genus ⁊ alijs hu
iusmodi. Alie sunt relatiōes rōnis quas
intellectus nō adinuenit. sed consequun
tur actum intelligendi. Dictum est eniȝ
ꝙ ad relationem realem requiritur pri/
mo ꝙ vtrūqȝ sit ens reale: ⁊ ideo relatō
entis ad non ens sicut est relatio preteri/
ti ad futuruȝ ⁊ similiter relatio entis ad
non ens vt ratio pn̄tis ad preterituȝ vel
ad futuꝝ est rationis tantum Dictum
fuit secundo ꝙ oportet esse realiter disti
cta: ⁊ propter hoc relatio idēptitatis ē re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

latio rationis. est notandum ꝙ duplex ē
relatio idēptitatis sicut est etiam duplex
idēptitas. Aliqua eniȝ est idemptitas nu
meralis sicut sortes est idem numero si
bi ipsi ⁊ hanc dixi esse relationem ratio/
nis. Alia est idēptitas generica vel speci/
fica. sicut homo ⁊ asinus dicunt esse eius
dem generis: ⁊ sortes ⁊ plato eiusdē spe
ciei: ⁊ hec relatio non est relatio rationis
sed realis: vt tenet. s. d. prima pte. q. 28.
articulo primo ad secundum. Dictuȝ fu
it tertio ꝙ ad relationem realem oportet
vnum ad aliud ordinare defectu huius
relationis ad suum subiectum non ē rea/
lis sed rationis tantum quia ipsa relatio
non ordinatur cum ipsa sit ipse ordo. or/
dinis autem non est ordo Alioquin pro
cederetur in infinitum quia si ordinis est
ordo etiam illius esset alius ordo. ⁊ iteꝝ
illius esset alius ordo. ⁊ sic infinitū. Pre
dicta ponit. s. d. in questionibus de potē
tia dei. q. 7. articulo. 10. ⁊ vndecimo.

Nest autem relationi con/
trarietas. Postq̄ phyloso/
phus declarauit qd sint rela
tiua. In ista parte assignat eo
ruȝ ppͥetates. Circa qd̄ quattuor princi
paliter facit ſm ꝙ quattuor sunt proprie
tates. secunda incipit ibi. (Videtur aūt)
tertia ibi (Unde vero) quarta ibi. (Vi/
detur autem ad aliquid). In prima par
te ponit hanc conclusioneȝ. In relatiuis
est contrarietas: quod probat exempla/
riter. Vicium est contrarium virtuti. ⁊
scientia ꝯtrariatur ignorātie: sed ista sunt
relatiua: ergo in relatione est cōtrarietas
Ista ergo dupliciter exponi pōt. Uno
modo false: Alio modo vere. Falsa expo
sitio est si intelligamus vnum relatiuum
contrariari suo correlatiuo. Quod sic de/
claro. Constat enim ꝙ oppositio contra/
ria. ⁊ oppositio relatiua sunt distīcte. spe
cies oppositionis ⁊ cum distinctio speci/
fica reducatur ad contrarietatem differē
tiarum seqtur ꝙ sicut drīe opposite non
possunt eidem conuenire: ita nec speci/
es talibus drījs constitute. Cum ergo re
latiuū opponatur relatiue suo correlatiuo
non potest ei opponi contrarie. Vera au
tem expositio est: ꝙ id quod vni oppo/
nitur relatiue. alteri opponat contrarie.
Nam virtus que dicitur relatiue ad vir
tuosum opponitur vicio contrarie. Et si
militer vicium quod dicitur relatiue ad
viciosum: virtuti contrariatur. Et scien/
tia que refert ad scibile cōtraria est igno
rantie. ¶ Contra ignorantia opponit pri
uatiue ad scientiam vt dicitur in secundo
de anima. ergo non opponitur ei contra
rie. Respondeo ꝙ ignorantia accipit tri
pliciter. Uno modo ꝑ simplici negatio/
ne scientie. vt esse nō sciens dicitur igno
rans. ⁊ hoc modo opponitur scientie cō
tradictorie idē est talis ignorantia ꝙ non
scientia: scientia autem ⁊ non scīa contra
dictoria sunt. Alio modo accipitur ꝑ ne
scientia non simplr̄ sed in subiecto apto
nato scire ⁊ respectu eorum que dȝ scire
⁊ sic opponitur ei priuatiue. Tertio acci
pitur ꝑ approbatiōe oppositi eius ꝙ dȝ
scire ⁊ sic opponitur contrarie. Puta de
deo scire ꝙ parētes sunt honorandi: sed
existimo eos nō esse honorandos. ista fal
sa oppinio contrariatur illi. Unde ⁊ phy
losophus i scd̄o perhyermenias dicit ꝙ
oppositiones contradictoriorum sunt cō
trarie. ⁊ non contradictorie. quia vtroqȝ
talium oppositionū est ens: alterum ve/
ro contradictoriorum ē non ens: ⁊ quia
posset aliquis existimare ꝙ ista proprie/
tas conueniret omnibus relatiuis: dicit
phylosophus ꝙ non. Nam multum ⁊
paucū ⁊ multa huiusmodi nemini cōtra
riantur. Ubi est scienduȝ. ꝙ relationi vt
relatio est non ꝯuenit ꝯrietas: qr nihil ꝯ/
riat suo correlatiuo. Si ergo aliqbus rela
tiuis insit ꝯrietas. hoc erit in illis q tm̄ si/
gnificāt aliqd absolutū vt virtus ⁊ scīa ⁊
sensus ⁊ multa hmōi: q̄ supra diximꝰ eē
relatiua ſm dici. In relatiuis āt ſꝫ eē nō
ꝯuenit ꝯrietas qr significāt solū respectū
q nulli ꝯriari pōt. ¶ Deinde cum dicit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.6.39

(Videntˀ aũt) Ponit tertiam ꝯditionem q̃
talis ẽ. Relatiua suscipiunt magis ⁊ mi-
nus. hãc ꝓbat exẽplariter. Ineq̃litas ⁊
siĺitudo suscipiũt magis ⁊ minus cũ vnũ
sit ineq̃lius ⁊ siĺius altero: ꝫ ineq̃litasˀ ⁊
siĺitudo sunt relationes: ergo ⁊c. ¶ Con
tra istã ꝯclusionẽ arguitur sic. ¶ Primo
ad oẽ suscipiens magis ⁊ minus est ꝑ se
motus: ꝫ ad relationẽ nõ est ꝑ se motus
vt dr̃ q̃nto physicoꝝ. ergo relatio non su
scipit magis ⁊ minus. ¶ Scd̃o si relatõ
suscipit magis ⁊ minus. seq̃tur ꝙ vni re
latiuo correspõdeant duo termini qd̃ est ꝯ
phy. dicentẽ ĩ q̃nto meta. ꝙ nõ ꝯtigit idẽ
referri bis. i. ad duos. ¶ In oppositũ ẽ
phs. ¶ Ad hãc q̃õnez dicit Antoniꝰ an-
dree ꝙ p̃dicta argumẽta ꝯcludũt. ⁊ ꝙ ea
q̃ dicit in hoc loco phs. de ꝯrietate relati
uoꝝ ⁊ de suscipere magis ⁊ minus sũt
falsa. Burleus dicit ꝙ ille relatiões que
fundantˀ in re suscipiente magis ⁊ minꝰ
suscipiũt ⁊ ipse magis ⁊ minus. Alia ꝟo
non: ꝫ q̃d dicet de ineq̃litate q̃ in quanti-
tate fundatur quam supra dixit phs nec
intendi nec remitti. Ego aũt dico. ⁊ ea q̃
dicit phs. posse tãq̃ꝫ vera ꝓuari vt expo-
suimus de ꝯrietate. ⁊ ꝙ ineq̃litas susci-
pit magis ⁊ minus. conceditur ẽt cõiter
vnũ eẽ altero ineq̃lius. Ad huius euidẽ
tiã est notandũ ꝙ ille q̃ꝫtitates q̃ in idiui-
sibili ꝯsistunt nõ p̃nt magis ⁊ minus su-
scipere vt dem̃ fuit in capitulo de q̃ꝫtita
te. Alie ꝟo sic. ⁊ q: eq̃litas in idiuisibili cõ
sistit naꝫ id qd̃ est alteri eq̃le non est ma-
gis nec minus eo ita ꝙ quocũq; addito
vel subtracto variatˀ ⁊ desinit esse equa-
litas. ideo eq̃litas non põt suscipe magis
aut minus. ineq̃litas ꝟo quãdaꝫ latitudi
neꝫ hꝫ q: quãto magis aliq̃d recedit ab
eq̃litate. ⁊ excedit vel exceditˀ ab alio tan
to ẽ ineq̃lius. Et ꝑꝑ hoc dictũ ẽ ipsaꝫ su-
scipere magis ⁊ minus. Neq; hoc acci-
dit solũ in q̃ꝫtitatibus q̃ sunt intensibiles
⁊ remissibiles: ꝫ ẽt nũeris ⁊ illis ꝯtinu-
is q̃ ab aliquo nũero denoĩantˀ. Naꝫ bi
narius est ineq̃lior q̃ternario q̃ꝫ trinarius
⁊ bicubitũ ẽ ineq̃lius q̃dricubito q̃ꝫ tricu
bitũ. ¶ Ad p̃mũ in oppositũ negatˀ ma
ior. Dictum est. n. supra ꝙ in rarefactio
ne intenditˀ q̃ꝫtitas ꝫ motus rarefactiõis
non terminetur per se ad quantitatẽ sed
ad raritatẽ que est q̃litas. ¶ Ad ꝓm ne-
gatur prima ꝯñtia: q: ꝫ ineq̃le referatur
ad inequale tñ inequalius non refertˀ ad
inequale ꝫ ad inequalius. qd̃ pꝫ. non. n.
dr̃ inequalius alicuius inequalis inequa
lius sicut dr̃ inequalis respectu inequalio
ris. Predicta diximus non asertiue: sed
sustinendo ⁊ defendendo ꝙ relatio susci
piat magis ⁊ minus. ista autem proprie
tas non est conuertibilis cum relatione:
tum q: non conuenit oĩbus relatiuis naꝫ
duplũ ⁊ dimidiũ non intenduntˀ nec re
mittuntˀ: tuꝫ q: non conuenit soli relatiõi
sed ẽt qualitatibus ⁊ q̃busdaꝫ alijs vt pa
tebit. ¶ Deĩde cũ dicit (oĩa vero) Po
nit tertiam ꝯclusionez que est ista. Rela
tiua dr̃ ad conuertentiaꝫ. Pro cuiꝰ no-
ticia est sciendũ ꝙ cõuersio. ꝯuertibilitas
ꝯuertentia. differũt inter se. Cõuersio. n.
est passio ꝓpoñum ⁊ est transmutatio
predicati in subm ⁊ econtrario cõuertibi
litas est passio terminoꝝ qui dupl'r p̃nt
dici conuertibiles. Uno mõ rõne signifi
cati ⁊ suppositoꝝ siĺ. ⁊ hoc mõ diffinitio
⁊ diffinitũ ꝯuertũtur. q: eandẽ naꝫ signi
ficant ⁊ de quocũq; supposito p̃dicatur
vnũ predicatˀ ⁊ reliquũ. Alio mõ termi
ni sunt ꝯuertibiles q̃ꝫtuꝫ ad supposita so
lũ. ⁊ hoc mõ subꝫ ⁊ ꝓpria passio ꝯuertũ
tur q: de quocũq; dicitur passio dr̃ etiaꝫ
subm ⁊ econtra. Cõuertentia est proprie
tas relatiuoꝝ. quia vnum dr̃ ad aliud ⁊
eꝯ licet diuersimode. Aliq̃ñ. n. dicuntur
ꝓm habitudinẽ eiusdem casus. Naꝫ pr̃
filij pr̃. ⁊ filius est patris filius. Aliq̃ñ au
tem variatˀ habitudo. Disciplina. n. dici
tur ad disciplinatum in gtõ. quia discipli
na est disciplinati disciplina. sed disciplina
tum dicitur ad disciplinaꝫ in ablatiuo cũ
omne disciplinatum sit disciplina discipli
natum. Item differunt q: aliq̃ñ relatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

in vtroq extremorū ē eiusdē rōnis sed solo numero distiguit vt patet de equalitate quia in vtroq eq̄liuʒ est equalitas Aliquando vero non solum numero. sʒ etiā spē distinguunt sic patet d̄ patre ⁊ d̄ filio. nam de patre ē paternitas que differt spē a filiatione. ¶ Deinde cum dic (aliquotiens aūt) remouet duo. q̄ impedire possent hanc cōuertentiā relatiuorū. ibi (oīa ergo) Primū quidē qd̄ pōt eam ipedire est qn̄ nō assignat conueniēs relatiuū. puta si quis dicit ꝙ ala non dicit cōuertibiliter ad auē nō. n. dicemus ala ē auis ala. ꝙ ideo accidit q2 auis non est correlatiuū ale: qd̄ patet q2 relatiuū non potest esse sine correlatiuo. ꝙ patebit in seq̄nti ꝯclusiōe: ala aūt pōt esse dato ꝙ nulla auis sit. cū conueniat ēt alijs puta ꝑetib⁹. sed correlatiuū ale est alatū. vnde bene dicitur ala est alati ala ⁊ alatū ē ale alatū. Scd̄m ipedimentū est vocū penuria ꝓpter quā videret alicui ꝙ remus nō dicat ad ꝯuertentiā. quia maxime diceret ad nauiʒ qd̄ tn̄ est falsū quia potest esse nauis dato ꝙ rem⁹ nō sit cum non omnis nauis vtat remo sʒ opʒ fingere aliquod nomē puta remitū vt dicatur ꝙ remus est remiti rem⁹ ⁊ remitū est remo remitū. ¶ Deinde cū dicit. (Amplius si cōuenienter.) tradit duo documenta quibus possumus cognoscere. qn̄ sit conueniens relatiuorū assignatio. primū est istud qn̄ aliquid ad hunc refert q̄buscūq ab eo circūscriptis tunc est conueniens assignatio verbi gr̄a Seruus ē correlatiuū domini q2 ab omnibus alijs a seruo circūscriptis p̄ter seruitutē puta ꝙ sit vel hō vl' bipes adhuc refert ad dn̄m. Scd̄m documentū est istud id quo ablato: quibuscūq alijs positis nō refert ē ꝯuenienter assignatum correlatiuū: sicut circūscripto ab aliquo ꝙ sit seru⁹ positis q̄buscūq alijs nunq̄ refert ad dn̄uʒ. Predictis pōt addi tertium documentū qd̄ est istud. Quādo posito aliquo qd̄ ad aliud refert ⁊ eo ablato. adhuc pōt aliquid aliud ad illud referri tunc non est facta sufficiēs assignatio verbi gratia filius refert ad p̄reʒ sed remoto filio adhuc pōt aliquis referre ad patrem puta filia non ꝙ filius nō dicatur per conuertentiā ad patreʒ sed q2 non est adequatū correlatiuum presens ¶ Deinde cū dicit (vident āt.) Pōit quartā conclusionē q̄ est talis ꝓpriū est relatiuorū esse simul natura. Ad cui⁹ euidentiā est sciendū ꝙ ꝓoritas ⁊ simultas sunt modi essendi oppositi ⁊ quia vnuʒ oppositum est rō cognoscendi aliud iō si declarauerimus quid sit esse prius nā statim erit notum quid est esse simul nā Deffinit phy. in post predicamentis ꝙ illud ē prius natura a quo nō conuertitur subsistendi consequentia. propter quod animal est natura prius homine. quia non sequitur si animal est ꝙ homo sit: ⁊ p oppositum esse simul natura est se consequi in existentia ita ꝙ vnum sine altero esse non potest. Et quia posito vno relatiuorum ponitur aliud. ⁊ vno destructo destruitur aliud. ideo dicuntur esse simul natura Huius autem ratio est quia quando plura concurrunt ad constitutionem alicuius quodcunq eorum destruatur. oportet ⁊ ipsum corrumpi. Scut quia de ratione hominis est animal ⁊ rationale. ideo ablato animali vl' rationali d̄finit esse homo. ita est in relatiuis. Nam relatio depēdet a fundamento ⁊ termino propter quod ablato quocunq istorum siue fundamento siue termino aufertur relatio: dicit ergo phylosophus ꝙ relatiua sunt simul natura quia posito vno ponitur aliud ⁊ vno ablato aliud aufertur. ¶ Cōtra istā conclusionem argui solet. quia pater est prior filio. Et causa est prior effectu. Et prius precedit posterius. sed omnia ista sunt relatiua ergo vnum relatiuum est prius alio. ¶ Ad omnia ista respōdet. s. d. in q̄stionib⁹ de potētia d̄i q̄one 7ª articulo. 8. ad pᵐ ꝙ ista regula intelli-

gitur tm̄ de relatiuis ƒm esse ⁊ nō de relatiuis ƒm dici cuiusmodi ē scientia ⁊ sensus in quibus priora sunt scibile ⁊ sensibile hic probat pħs. tum quia vt in pluribus scientia acquiritur a rebus prius existentibus scibilibus Tum q: aliquid potest esse scibile. ⁊ aliquid potest esse sensibile dato ꝙ de scibili nulla sit sciētia ⁊ de sensibile nullus sit sensus. nō loquitur ergo de relatiuis ƒm dici sed ƒm esse. q̄ tm̄ pn̄t considerari dupl'r. vno mō quantū ad ipsas relationes ⁊ sic sunt simul natura. Nam in patre non potest esse relatio paternitatis nisi in filio sit filiatio. nec relatio prioris potest esse apprehensa per intellectum nisi sit apprehensa relatio posterioris. Iste enim sunt relationis rationis ⁊ habent esse tantū in intellectu. Alio modo possunt considerari quantum ad subam relationum ⁊ sic vnum potest esse prius alio huiusmodi autem subiecta non sunt relatiua per se sed per accidēs: quod cōtingit tripliciter. Aliquod est. n. relatiuum per accidens ratione sui generis. q: .s. suum genus est relatiuū. ⁊ hoc modo medicina dicitur esse relatiuum. q: scientia est relatiuum licet ipsa medicina non dicatur ad aliud. Secundus modus relatiuorum per accidens est quando aliqua abstracta dr̄ ad aliquid q: cōcreta eorum ad aliud dicuntur sic equalitas ⁊ similitudo dr̄ ad aliquid q: simile ⁊ equale ad aliquid sunt. Equalitas āt ⁊ similitudo ƒm nomen non dicūtur ad aliud. non enim equalitas est equalitatis equalitas. Tertius modus est. quando subiectum dr̄ ad aliquid ratione accidentis sicut hō vel albus dicūtur ad aliqd q: vtriqꝫ accidit duplum esse. Et hoc modo caput dr̄ ad aliqd ⁊ ꝙ ē ps capitati.

p Ostq̄ pħs posuit diffinitionē relatiuorum conuenientē taꝫ relatiuis ƒm dici q̄ relatiuis ƒm esse. Nunc intendit diffinire relatiua ƒꝫ esse que sola sunt in predicamento relationis q: significant solos respectus. Et circa hec tria principaliter facit. Primo mouet dubium ⁊ soluit. Secundo ex hac solutione diffinit relatiua ƒm esse. Tertio infert vnū corelariū

¶ Dubitatio est an aliqua suba dicatur ad aliquid: ⁊ videtur ꝙ sic. Q: partes secundarū subarum dicuntur ad aliquid sed partes subarum sunt sube. ergo alique sube dicuntur ad aliquid: minor pꝫ: q: secunde sube que sunt partes nō sunt accidentia ergo sunt sube: maior declaratur. prime enim sube siue sint totuꝫ siue partes non dicuntur ad aliquid. Nā aliquis homo non est alicuius aliquis homo. nec aliqua manus ē alicuius aliqua manus. scđe etiam sube que dicunt totū non dicuntur ad aliud. homo enim non dicitur alicuius homo sed secunde sube que sunt partes dicuntur ad aliquid. caput eniꝫ dicitur capitati caput: ⁊ manus dicitur alicuius manus. ergo videtur ꝙ aliqua suba ad aliquid dicatur Ex his sequitur aut ꝙ predicta diffinitio relatiuorū est magis ampla ⁊ non propria relatiuis aut ꝙ suba aliqua sit in genere relationis. sed istud ƒm non est dicenduꝫ. q: predicamenta sunt īpermixta. ergo primum. s. ꝙ predicta diffinitio sit inconueniēs. Anteq̄ soluatur hec dubitatio alia oritur: licet hic pħs ꝙ alique partes substantiarum sunt prime sube. alique vero sunt secūde. vt caput ⁊ manus supra vero in capit. de suba dixit ꝙ non. Ad hoc mltipliciter rn̄deri potest. Primo ꝙ supra accepit subam ꝓ ea que est completa in spē ⁊ que hēt esse ꝑ se subsistens. ⁊ q: partes subarum nec sunt quid in spē completum sed sunt partes speciei nec ꝑ se subsistunt cum sit. n. per esse totius iō dictum fuit ꝙ non erant sube. nunc autē accipit subam vt distinguitur contra accidens ⁊ hoc modo partes subarum sunt sube. ⁊ hoc sufficit ad propositum suum quia nihil potest esse in genere relationis nisi sit accidens. Respondetur secūdo ꝙ suba prima ⁊ scđa dupliciter accipiunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

Uno modo pro eo quod est superius ⁊
pro eo quod est inferius siue sit comple
tum in spē siue non. ⁊ quia caput est su/
perius ad hoc caput particulare: ideo ap
pellat caput secundam subam. ⁊ hoc ca
put primaz: Accipitur secundo prima ⁊
secūda suba pro completa in specie ⁊ sic
non sunt prime nec secūde sube. Ad du/
biū principale respondet phylosophus.
ꝙ predicta descriptio non est propria re
latiuorum: q2 conuenit etiam subijs ⁊ q̃
litatibus. ⁊ multis que non sunt de gene
re relationis. cuz talia non dicant̃ aliquo
modo ad aliud ideo opz eam corrigere
⁊ diffinire sic relatiua. Ad aliquid sunt q
bus hoc ipsum esse quod sunt est ad ali/
ud se habere. Ad euidentiam huius de/
scriptionis est sciendum. ꝙ esse accipitur
tribus modis. Uno modo vt significat
essentiam ⁊ quiditatez rei quomodo di
citur ꝙ diffinitio est orō indicans ꝙ quid
est esse rei. Alio modo esse significat actū
existendi: sicut contingit in omnibus pro
positionibus in qbus predicatur est ſm
adiacens vt cum dicitur sortes est plato
est. Tertio modo accipitur vt significat
veritatem propositionis ⁊ istud esse est
tantuz in apprehensione intellectus. Di
cimus eniz negatio est non ens ⁊ cecitas
est ꝑuatio in quibus propositionibus cō
stat li est. neqꝫ essentiam neqꝫ actum es/
sendi significare. Cum ista non conueni/
ant negationibus aut priuationib⁹. Quā
do dicitur ꝙ esse relatiui ē ad aliud se ha
bere accipitur esse vt dicit quiditatez. Et
est tota ratio ⁊ quiditas relationis est ad
aliud. Ex hoc sequitur ꝙ nullum relati/
uum ſz dici sit in genere relationis quia
tota eius ratio non est ad aliud cum prin
cipaliter significet quid absolutum: vt pa
tet de hoc nomine scientia. Sequitur se/
cundo ꝙ relationes significate his nomi
nibus. genus species indiuiduuz ⁊ alijs
huiusmodi nominibus secundarum in/
tentionum non sunt in predicamento li/
cet sint relatiua ſm esse q2 nihil est in pre
dicamento nisi sit ens reale. ille autem re
lationes sunt rationes tantuz. Sequitur
tertio ꝙ si aliquid est in genere relatiōis
oportet ꝙ significet quandam formam
accidentalem dependentem ad aliud tā
q̃ꝫ ad terminum. ¶ Deinde cum dicit
(Ex his ergo) Infert ex dictis istud co
relarium qui nouit perfecte vnum relati
uorum cognoscit ⁊ reliquum. hoc ꝓba/
tur tali ratione. qui nouit perfecte id cui⁹
totum esse ad aliud se hz. nouit etiam id
ad quod se habet. alioquin non perfecte
traria quia contrarietas eſt relatio ⁊ ideo dicimus ꝙ Album eſt contrarium nigro. ¶ Deinde cuꝫ dicit. (Quecūqꝫ vero contrariorum) Ponit quādam diuiſionem contrariorum dicens ꝙ contrariorum aliqua ſunt mediata vt album ⁊ nigruꝫ. Aliqua vero īmediata vt langor ⁊ ſanitas ⁊ par ⁊ impar. Ad cuius euidentiam eſt ſciendum ꝙ mediata dicuntur que habent aliquod medium imediata vero que nullum medium habēt. Contingit autem cōtrarie dupliciter habere medium ſm ꝙ dupliciter contraria accipi poſſunt. Aliquando enim accipiuntur abſtractiue vt albedo ⁊ nigredo Aliquando cōcretiue vt albuꝫ ⁊ nigruꝫ: ⁊ quia abſtractum dicit ſolam formam tunc dicuntur contraria mediata quando datur vna forma media participans naturam vtriuſqꝫ extremi: ſicut rubedo ⁊ paliditas participant naturaꝫ albi ⁊ nigri. Quia vero concretum cōnotat ſubiectum reperitur ⁊ alius modus mediationis non ex hoc ꝙ inter ipſas formas contrarias ſit forma media: ſed quia datur aliquod ſubiectuꝫ cui nulla illarū formarum contrariarum ineſt: ſicut eſt aliquid puta lapis quod neqꝫ eſt albuꝫ neqꝫ nigrum: ſed quia contrarietas eſt proprie in ipſis formis ⁊ non ſubis formaꝝ ppea phyloſophus dicit eſſe ꝯria mediata quia habent formam mediam immediata vero quia nullam talem formā habent vt ſanitas ⁊ egritudo quia nullum ſubiectum aptum habere ſanitatem reperitur quod neqꝫ ſanum ſit neqꝫ egrū. Huius oppoſitum medici tenent dicentes reperiri aliquādo in animali aliquaꝫ qualitatem mediam inter ſanitateꝫ ⁊ langorem qua qualitate inexiſtente ipſum Animal non eſt egruꝫ nec ſanum. Phs autem conſiderauit ſanitatem conſiſtere in adequatiōn humorum: Egritudinē vero in eoruꝫ in adequatiōn ⁊ quia inter equalitatem ⁊ inequalitatem nihil med

at ideo dixit ſanitateꝫ ⁊ languorē eſſe contraria immediata. Tradit autem quandam regulam qua poſſumus cognoſcere que contraria ſint mediata ⁊ que non dicens ꝙ contraria immediata ſunt illa: quorum alterum neceſſe eſt eſſe in ſubiecto apto nato: vt par ⁊ impar: quorum alterum ſub diſiunctionē neceſſe eſt ineſſe numero: quia quilibet numerus aut eſt par aut eſt impar ⁊ omne animal vel eſt ſanum vel eſt egrum. Quando auteꝫ non neceſſe eſt alterum contrariorum ineſſe ſubiecto aptonato tunc illa contraria ſunt mediata ⁊ ſubiectuꝫ mutatur de vno in aliud per mediuꝫ. ¶ Deinde cū dicit. (In aliquibus) ſubdiuidit alteruꝫ membrum predicte diuiſionis dicens ꝙ contraria mediata ſunt in duplici differentia. Quia quedā habent medium nominatum: vt album ⁊ nigrum inter que mediat fuſcum ⁊ palidum ⁊ alij colores medij. Quedam vero habent medium innominatum vt iuſtum ⁊ iniuſtum bonum ⁊ malum ſed tale medium determinatur per negationem vtriuſqꝫ extremi. Eſt enim aliquid aptumnatum habere iuſtitiam ⁊ iniuſtitiam quod tamen neqꝫ iuſtum eſt neqꝫ iniuſtum vt puer. Poſſumus ex dictis colligere triplex medium. Nam aliquod eſt medium ꝑ participationem eiuſdem nature vt paliditas inter albedinem ⁊ nigredinem. Aliud eſt medium circa quod ⁊ hoc eſt ipſum ſubiectum Circa quod habent fieri contraria ſucceſſiue quod quidem medium eſt in omnibus contrarijs. Aliud eſt medium per abnegationem quia ſcilicet neutrum contrariorum natum eſt habere ⁊ hoc medium non ſolum reperitur in contrarijs ſed etiam in priuatiuis Nā ſicut lapis neqꝫ eſt ſanus neqꝫ eger ita etiam non eſt ſanus neqꝫ vidēs. Sequitur ex hoc ꝙ licet aliqua cōtraria nō habeant medium non tamen ſunt cōtradictoria: quia contradictoria nullo modo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

medium habent oīa autē ꝯ̄ria habent
saltem medium per abnegationē. ¶ Cir
ca predicta queritur vtrum bonum ⁊
malum opponantur ꝯ̄rie vt dicit phy. ī
textu videt̄ ꝙ nō. q: vtrūq; cōtrariorū
est ens sed malum nihil est quū sit tan/
tum priuatio boni ergo ⁊c̄. ¶ Respon
deo ꝙ sicut albū ⁊ nigrū ⁊ alia concreta
dupliciter accipi possunt. s. pro subō for
me ⁊ ꝑ ꝟ ipsa forma ita etiam bonum ⁊
malū dupliciter accipiuntur vno mō ꝓ
ipso subiecto bonitatis aut malitie ⁊ sic
vtrūq; est ens. Alio mō pro ipsa bonita/
te ⁊ malitia ⁊ sic licet bonitas aliquid sit
tamen malitia est nihil sicut esset cecitas
cuius ratio est q: bonitas ⁊ entitas con/
uertit̄ eo quo sequitur ꝙ oīs entitas est
bonitas sicut omne ens est bonū sed ma
litia non est bonitas vt de se patet. quia
vnum oppositorum non est aliud ⁊ per
consequens ipsa malitia non est entitas
sed nihil quāuis aliquid presupponat. s.
bonū in quo fundatur. quia omne ma/
lum fundatur in bono non quidē in bo/
no qd̄ ꝓ̄uat. sed in alio. ¶ Ex his habe
tur ista conclusio bonuꝫ ⁊ malum oppo
nunt̄ priuatiue. patet ista conclusio. Nā
ꝙ bonum ⁊ malum opponant̄ nulli du
bium est sed non opponuntur relatiue.
quia bonum non est mali bonum. nec
contrarie q: malum nihil est. Nec con/
tradictorie q: malum non est simplex ne
gatio quū aliqd presupponat i quo fun/
detur ergo a sufficienti diuisione oppo/
nuntur priuatiue. Idem dicit ēt simpli/
cius in predicamentis. ¶ Contra hanc
questionē arguitur. Primo omne qd̄
corumpit aliud est aliquid sed malum
corumpit bonum ergo ⁊c̄. ¶ Respon
deo ꝙ corumpere contingit dupliciter
vno modo effectiue ⁊ sic cōceditur ma
ior ⁊ negatur minor. Nam omne corū/
pens effectiue est agens omne autē qd̄
agit est ens in actu. Alio modo corūpit
aliquid formaliter sicut cecitas corum/
pit visum quia est formaliter ipsa corup/
tio visus ⁊ hoc modo malum corūpit
bonum quū sit ipsa coruptio boni. Ta
le autem corumpens nō est aliquid nec
agit nisi gramaticaliter loquendo que
scilicet significatur per verbum actiuū.
¶ Scd̄o quicqd est in aliquo tanq̄ꝫ in
subto est ens sed maluꝫ est in rebus vt
dicit̄ sexto metaphy. ergo malū ē ens.
¶ Respōdeo dupliciter pōt aliquid eē
in alio vno modo per modū rei. Alioº
vt priuatio quicqd est in alio p̄mo modo
est aliquid sed id qd̄ est in alio vt ꝓ̄uatio
non est aliqd ¶ Tertio qcqd est habet
aliquā naturā quū esse non conuenit nisi
habenti essentiam sed malū est ergo est
aliqd habens nām. ¶ Respōdeo ꝙ eē
accipit̄ dupl'r vno modo vt dicit actuꝫ
existendi ⁊ sic conceditur maior ⁊ nega
tur minor. quia nec malitia nec q̄cunq;
alia priuatio actu existit. Alio modo ac/
cipitur vt significat veritatem ꝓpositio/
nis ⁊ sic negat̄ maior ⁊ concedit̄ minor.
Quū enim dicimus malum est ly ē dic̄
tantum veritatem ꝓpositionis. Sꝫ pro
responsione ad argumentum qd̄ fiebat
in oppositum ⁊ ꝓ declaratione eorum
que dn̄r in textu sciendū est ꝙ bonum
⁊ malum reperiunt̄ in rebus nālibus
sicut dicitur cecitas esse qd̄dam maluꝫ
visus ⁊ de tali malo locuti sumus dicē/
tes ꝙ ꝓ̄uatiue opponitur bono. Repe/
ritur igit̄ malū in moralibus ⁊ tale ma/
lum opponitur bono cōtrarie ad cuius
euidentiam est sciendum ꝙ actus mo/
ral' est illa qui procedit a voluntate deli
berata. Tales autem actus dicuntur
boni vel mali per comparationem ad
obiectum vel ad finem sicut furari est
actus malus quia est circa obiectum.
Nam homo furando contractat rem
non suam quod est contra rationem.
Dare autem elemosynam est actus bo
nus quia est secundum rationem rectaꝫ
subuenire indigenti. Similit̄ ire ad ec/
clesiam vt oretur deus ē actus bonꝰ q: ē
rei bone ⁊ ꝑ bonū finē. sꝫ ire ad ecclesiā

propter furtum faciendū est actus ma
lus quia licet ire ad ecclesiam de se sit bo
num tamen ex parte finis est malū. Di
co igitur ꝙ actus qui ē moraliter bonus
opponitur contrarie actui moraliter ma
lo quia vtrūq; est ens reale ⁊ talia cōtra
ria sunt imediata. quia datur aliquis ac/
tus qui de se cadit sup aliquid quod ne/
q; ſm rationem neq; est repugnās ra/
tioni sicut leuare festucā a terra ⁊ talis ac
tus neq; ē bonus neq; ē malus moralr̄
ſ; ē indr̄ens. ¶ Deinde quū dic̄. (Pri
uatio āt) tractat d̄ ꝓuatiue oppositis cir/
ca qd̄ tria facit. Prio d̄clarat qd sint pri
uatiue opposita. Secūdo quomō se ha
beat priuatio ad priuatū esse ibi. (Pri
uari.) Tertio remouet vnum dubium
ibi (opposita.) Quantum ad primū po
nit tres conditiones requisitas ad hoc ꝙ
aliqua priuatiue opponantur quas etiā
ponit. s. D. in libro secundo senten. disti.
34. ar. quinto. Primo de ratione priua
tionis est ꝙ presupponat subiectū quia
habitus ⁊ priuatio circa idē fieri habent
⁊ priuatio est negatio in subiecto deter/
minato quod quidem subiectum prius
ſm naturam respicit habitum q̄ priua/
tionem quia habitus est perfectio subie/
cti priuatio autem non. Secundo de ra
tione priuationis est aptitudo subiecti ad
habendum habitum dico autem aptitu
dinem ⁊ non potentiam quia non opor
tet omne quod est priuatum aliqua for/
ma esse in potentia ad habendam eā ſ;
sufficit ꝙ sit aptum natum idest ꝙ ei non
repugnet inquantum hmōi. Multa au
tem sunt apta nata que tamen non habēt
potentiam sicut ille qui natus est cecus ē
aptus natus habere visum quū hoc non
repugnat homini inquantum homo est
non tamen est in potentia ad habendū
visum. Tertio requiritur ꝙ remoueat
aliquem habitum a tali subiecto pro eo
tempore quo natum est habere habitū
quia ante tempus terminatum subiectū
non dicitur priuatum esse sicut puer non

dicitur edentulus nisi sit in tempore quo
solent nasci dentes. est autem triplex ne/
gatio. Nam aliquid est priuatum forma
quam neq; ipsum neq; aliquid sui gene
ris est natum habere sicut lapis dicitur
priuatus visu. Et hec ꝓuatio ē in proprie
dicta. Secundo aliquid dicitur priuatū
forma quā licet ipsum non sit natū ha
bere tamen aliquid sui generis est natū
habere eam ⁊ sic talpa dicitur ceca quia
licet ipsa non sit nata habere visum tamē
aliquid sui generis: idest animal aliquod
est natum videre. Tertio dicitur aliquid
priuari forma quam natum est habere
⁊ in tempore determiato ⁊ hec proprijs
sime est priuatio de qua in hoc loco phy
losophus loquitur. ¶ Deinde quū di/
cit. (Priuari) ponit differentiam inter
priuationem ⁊ priuatum esse. dicens ꝙ
priuatio ⁊ esse priuatū. puta visus ⁊ ce/
citas non sunt idem quod probat tali ra/
tione. Eorum que sunt idem de quocū/
q; predicatur vnum p̄dicatur ⁊ aliud ſ;
non de quocūq; predicatur priuatio pre
dicatur priuatum esse. ergo ⁊c. minorē
probat quia de subiecto dicitur priuatū
esse non tamē de eo dicitur priuatio ista
enim est vera homo est cecus. Non ta/
men ista est vera homo est cecitas Scdē
dum est ꝙ maior huius rationis est ve/
ra de his que sunt idem re ⁊ ratione sed
non verificatur in his que sunt idem re/
⁊ ratione distinguuntur. Ex quo sequitur
phylosophum concludere ꝙ priuatio ⁊
priuatum esse sunt ſm rationē distincta.
¶ Deinde quum dicit. (Opposita) sol
uit quoddam dubium quia eniā dictum
est ꝙ priuatio ⁊ priuatum esse non sunt
idē posset aliquis dubitare. An sicut pri
uatio opponitur habitui ita etiam oppo/
natur ei priuatum esse. Ad quod respon
det phylosophus ꝙ non sed priuatū es
se opponitur habere habitum sicut eniā
cecitas ⁊ visus opponuntur ita oppoitr
esse cecum ⁊ habere visum. ¶ Deinde
quū dicit. (Non est autē) determinat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.6.39

de oppositione contradictoria conformi-
ter ad ea que de priuatiue oppositis di-
cta sunt. Dicit ergo ꝙ contradictorie op
posita sunt affirmatio ⁊ negatio ⁊ ꝙ ista
non sunt ipse res que subsunt affirma-
tioni ⁊ negationi ꝙ probat tali ratione.
Omnis affirmatio est oratio affirmatiua
⁊ negatio est oratio negatiua: sed ipse res
que subsunt non sunt oratio affirmatiua
nec oratio negatiua ergo res non sunt af
firmatio aut negatio.

Q Uoniam autē. Postq̄ phs
determiauit de oppositis s̄z
se nunc cōparat ea adinuicez
ponens dr̄iam inter priuati-
ue opposita ⁊ alias oppositiones Circa
quod tria facit. Primo probat ꝙ priua
tiua opposita distiguatur a relatiua. Se
cundo ꝙ distinguatur a contraria ibi.
(Quoniam autem.) Tertio ꝙ a cōtra
dictoria ibi (Quecūq̄ vero.) Quantuz
ad primum probat duabus rationibus
ꝙ priuatiua oppositio distinguatur a re-
latiua p̄ma ratio talis est omne relatiuuz
s̄z id quod est dicitur ad aliud sed priua-
tio ⁊ habitus non dicuntur ad aliud non
enim cecitas est visus cecitas nec visus ē
cecitas visus ergo ⁊c. ¶ Deinde quum
dicit. (Amplius) ponit s̄am rationez q̄
hec est. Ommnia relatiua dicūtur ad cō
uertentiam eomodo quo dictuz est in ca
pitulo de ad aliquid s̄z habitus ⁊ priua-
tio non dicuntur ad conuertentiā q: vi-
sus non est cecitas visus ergo priuatiue
opposita non sunt relatiue opposita. Pu
ic littere que plana ē addere possumus
ꝙ relatiue opposita dupliciter ab omni-
bus alijs oppositis distinguntur. vt dicit
S. d in. q. 7. de potentia. ar. 5. ad secun-
dum. Primo q: in alijs oppositionibus
dicitur vnum alteri opponi q: remouet
ipsum. hoc pz in contradictorijs. Nā ne
gatio remouet affirmationem ⁊ vnū cō
trarium auffert aliud ⁊ priuatio habituz
relatiuū autem non remouet suum core
latiuuz imo ipsuz ponit sed dicitur ei op
ponitur tā q̄ ei quod terminat habitudinez
eius. Secunda differentia sequit̄ ex ista.
prima ⁊ est ꝙ in alijs oppositionibus
vnum est semper imperfectuz respectu
alterius ꝙ patet in negatiōe respectu af
firmationis ⁊ in priuatione respectu ha-
bitus ⁊ similiter in contrarijs q: vnum
contrariorum habet rationem priuatio-
nis respectu alterius vt dicitur. ii°. me-
ta. Unum autem relatiuuz non oportet
eē imperfectum respectu correlatiui. vt
patet maxime in relatiuis equiparantie: vt
pater ⁊ fili⁹ ⁊ equale simile ⁊ huiusmo-
di. ¶ Deinde quum dicit. (Quoniam
autez) improbat dupliciter ꝙ priuatiue
opposita distinguntur a cōtrarijs. Et pri
mo ꝙ a contrarijs immediatis tali ratio-
ne contrariorum immediatorum semꝑ
alterum inest suo subiecto vt dictum est
supra: sed priuationis ⁊ habitus nō sem
per alteruz inest subiecto ergo priuatiue
opposita distinguntur a cōtrarijs imme
diatis. minorem probat. ex hoc ꝙ subie-
ctum non habet habitum aut priuationē
anteq̄ sit aptum natum. catulus eniz an
te nouem dies non est cecus nec vidēs.
¶ Deinde cuz dicit. (Quorum vero)
probat ꝙ distingūtur a contrarijs media
tis. Contrariorum mediatoruz nunq̄ al
terum necesse est inesse subiecto nisi in-
sit ei a natura vt calor igni ⁊ candor niui.
sed alteruz habitus ⁊ priuationis aliquā
do necesse est inesse subiecto. s. post de-
terminatum tempus. ergo ⁊c. Sciendū
ꝙ sicut propria accidentia causantur per
quādam naturalem emanationē ex prin
cipijs essentialibus alicuius subiecti. Ita
alia accidentia causantur ex principijs in-
diuidui. horum autem accidentiaz que
dam habent causam transmutabilem in
subiecto ⁊ tunc subiectuz mutari potest
de vno in aliud. puta manus calida in fri
gidam. Aliqua vero habent cām in trās
mutabilem. vt accidentia inseparabilia ⁊
ab his subiectum mutari non potest. si-
cut est nigredo in coruo. candor in cigno.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39



calor in igne. vnde ignis nunquã poteſt
fieri frigidus. q̃uis eius calor poſſit re/
mitti. ſicut contingit quando ex igne ge/
neratur aqua: quia oportet ꝙ remitatur
eius caliditas. Ex hoc patet falſam eſſe
opinionem dicentiũ ꝙ calor in ſummo
eſt propria paſſio ignis. licet enim hoc cõ
ueniat ſoli igni. non tamen conuenit om/
ni igni. Aliquis enim ignis dicitur lux et
iſte eſt ignis qui eſt purum elementum
exiſtens in propria materia. quoniã qui/
dem dicitur lux. licet nõ luceat in ſua ma
teria propria. ⁊ in ſua ſpera. ſ. in concauo
orbis lune: ⁊ iſte eſt in ſummo calidus:
niſi forte ex ea parte: qua cõiungitur aeri
aliquis eſt ignis in humido aerio: ⁊ iſte
dicitur ignis flamma. Aliquis enim eſt
in ſicco tereſtri ⁊ dicitur carbo. His au/
tem duobus modis. non erit eo in ſum/
mo caliditas. ¶ Deinde cũ dicit (Am
plius) Ponit ſecundam rationem. qua
probat Priuatiue oppoſita diſtingui a
contrarijs dicens. Omne ſubiectũ con/
trariorum ſiue ſint contraria mediata ſi/
ue non poteſt mutare de vno in aliud. ni/
ſi alterũ inſit ei a natura: ſicut homo mu
tatur de ſanitate in langorem. ⁊ econtra.
⁊ de albo in nigrum. ⁊ de virtute in vi/
cium ⁊ econtra ſed ſubiectum priuatio/
nis ad habitum licet mutari poſſit de ha
bitu in priuationẽ non tñ mutari poteſt
de priuatione in habitũ. nam cecus non
poteſt fieri videns. ergo priuatiue oppo
ſita diſtinguntur ab oppoſitis contrarie.
¶ Videtur eſſe falſum ꝙ dicit phyloſo
phus. ſ. ꝙ a priuatione ad habitum non
ſit regreſſus. ¶ Primo tenebra eſt pri
uatio lucis: ſed poteſt eſſe tranſitus de te
nebra ad lucem aer enim tenebroſus po
teſt fieri lucidus. ergo poteſt aliquid mu
tari de priuatione ad habitum. Secun/
do ignorãtia eſt priuatio ſcientie. ſed ſubi
ectum ignorans poteſt fieri ſciens. ergo
idem ꝙ prius. Reſpondeo ꝙ priuatio
eſt duplex: aliqua enim priuatio conſiſtit
tantum in priuari. alios vero conſiſtit in
priuato. Priuatio que in priuari cõſiſtit
non totaliter remouet habitum: ſed eſt
via ad eius corruptionem. ſicut egritu/
do dicitur priuatio ſanitatis non ꝙ omni/
no auferat ſanitatem: quia ſi animal nihil
ſanitatis haberet viuere nõ poſſunt: ſed
dicitur priuatio quia eſt via ad corrum/
pendam omnem ſanitatem. eſt enim via
ad mortem. ⁊ talis priuatio dicitur etiã
contrarium eo ꝙ non totaliter remouet
habitum: ⁊ ab iſta ad habitũ eſt regreſ
ſus. Priuatio autem que conſiſtit in pri
uato eſſe totaliter corrumpit habitum ⁊
iſta eſt duplex. Aliqua enim habet imme
diatum ordinem ad ſubiectum. vt dicit
ſanctus Doctor decimo metaphyſice:
ſicut ſe habet tenebra ad aerẽ. ⁊ ab iſta
priuatione non poteſt etiã fieri mutatio
ad habitum. Dicitur autem ſubiectum
habere immediatum ordinem ad priua
tionem. ⁊ econtra. quando talis priuatio
conuenit ſubiecto remoto quocũq͡ ex/
trinſeco. imo conuenit ei per ſe. habitus
vero non conuenit ei niſi per cauſam ex/
trinſecam. ſicut patet de aere. qui de ſe ẽ
tenebroſus nec habet lumen niſi ab ex/
trinſeco puta a ſole. ⁊ ſimiliter itellectus
noſter de ſe eſt ignarus. ſcientiam autẽ
non habet niſi a preceptore vel per inuẽ
tionem vel adeo. Alia eſt priuatio q̃ non
habet ordinem ad ſubiectum niſi medi/
ante habitu eo ꝙ habitus cõuenit ei per
ſe. ꝓuatio vero tantũ per cauſam aliam
ſicut mors ⁊ cecitas. ⁊ a tali priuatiõe ad
habitũ non poteſt naturaľr fieri regreſ
ſus. ¶ Ad argumenta pꝫ reſponſio ex p̃
dictis. Iſtud eſt ꝙ ſub alijs verbis dici
ſolet aliquam eſſe priuationem que cor/
rumpit habitum ſed non principia habi
tus. vt tenebra q̃ nõ deſtruit ipꝫ corpus
illuminãs ⁊ ignorantia q̃ nõ aufert prinª
ſcie. Alia ẽ priuatio q̃ deſtruit ẽt prinª ha
bitus. ſic mors q̃ non ſolũ remouet vitã
a corpore ſed ẽt aĩam que eſt vite princi/
pium. Differunt autem iſte priuatio/
nes q̃ licet nulla priuatio ꝑm ſe ſuſcipiat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

magis ꝛ minus cum sit non ens. tamen illa que destruit solum habitum sed non principia habitus suscipit magis ꝛ minus ratione habitus oppositi. aliud est enim magis altero tenebrosum. illa vero que corrumpit principia habitus. nullo modo suscipit magis ꝛ minus naȝ vnus nō est magis mortuꝰ: nec magis cecus alio ¶ Deinde cum dicit. (Quecūqȝ vero) ponit differentiam inter priuatiue opposita ꝛ contradictoria. ꝛ per consequens quomodo cōtradictoria differunt ab omnibus alijs oppositis. postea reuertitur ad contradictoria assignando quasdaȝ ꝓprietates eorum. Quantum ad primuȝ dicit ꝙ contradictoria a priuatiue oppositis ꝛ ab alijs etiam distinguuntur quia alterum contradictoriorum semper est verum vel falsum. aut vere inest vel nō inest: sed nullum aliorum est verum vel falsum necessario: nec vere inest vel non inest. ergo nullum aliorum oppositoruȝ contradictorie opponitur. ¶ Scienduȝ ꝙ duplicia sunt ꝯtradictoria. Aliqua sunt complexa vt omnis homo currit: aliqs homo non currit. ꝛ istorum semper alterum est verū. aliud vero falsum. Alia sunt incomplexa ꝛ in his non est veritas neqȝ falsitas. quia verum ꝛ falsum non sunt nisi in complexione. sed tamen alterum eorum vel inest vel non inest puta sedere vel non sedere. cuilibet sub disiunctione insunt etiam si non sit. Nam chymera aut sedet aut nō sedet. Non sic autem est in alijs. Nisi enim subiectum sit non est veruȝ. ꝙ alterum contradictoriorum ei conueniat. Nam si sortes non est non dicimus ꝙ sit sanus aut eger. Ex p̄dictis habemus tres differentias eoruȝ que dicuntur. Aliqua enim vt contradictoria dicunt᷑. de quolibet siue sit siue nō sit. Aliqua vero vt contraria immediata dicuntur de quolibet non semper sed duȝ est sicut esse animal. quando est idē est sanum vel est egruȝ. Aliqua vero vt priuatiue opposita non dicūtur de subiecto. etiam quando est semper sed solum quando est aptum natum. s. in tempore determinato. ¶ Deinde cuȝ dicit. (Cōtrarium est.) Ponit quattuor proprietates contrarioruȝ: prima est ista. bono nōro contriatur nisi malum. malo autē possunt contrariari non solum bonuȝ sed ēt malum. Ratio prime partis est: qꝛ vnū contrariorum remouet aliud sed bonuȝ additum bono non destruit bonum imo auget ergo bonum non est contrarium bono. Secundam partem declarat exēpliter quia egestati que est quoddam malum contrariatur superabundantia q̄ est etiam malum. Sciendum est ꝙ cuȝ virtus in medio consistat. dupliciter contingit aliquid opponi. vel per defectum: vel superabundantiam. Sicut liberalitati que est virtus qua homo dat quando debȝ. ꝛ cui debet: opponitur auaritia ratione defectus qꝛ facit ꝙ homo non dat opponit᷑ etiaȝ prodigalitati ratione excessus. que quidem prodigalitas opponit᷑ etiam auaritie. ꝛ tamen auaritia ꝛ prodigalitas sunt quedaȝ mala quia sunt vicia ¶ Deinde cum dicit. (Amplius cōtrariorum) ponit secundam proprietatem que est hec. si vnum contrariorum est in rerum natura non oportet reliquuȝ esse Istam conclusionem probat exemplo. Nam si omnia animalia essent sana. non reperiretur egritudo nisi forte in potentia. quia subiectum existens sub vno contrarioruȝ est in potentia ad aliud. ¶ Deinde cum dicit. (Palam vero.) Ponit tertiam proprietatem que est. Qꝛ cōtraria habent fieri circa idē vel genere vel specie vt sanitas ꝛ langor hn̄t fieri circa animal. ꝙ est vnuȝ genus. Iustitia vero ꝛ iniustitia habēt fieri circa animal rationale que constituit speciem specialissimam. ¶ Deinde cum dicit. (Necessarium est autem.) Ponit quartam proprietatem que est ꝙ omnia contraria vel sunt in eodem genere sicut albedo ꝛ nigredo sunt in eodeȝ genere proximo. s.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

in genere coloꝛis sunt ī distinctis generi
bus proximis tñ ī eodē remoto iustitia
⁊ iniustitia: quia iustitia ē in genere vir/
tutis. Iniustitia vero in genere vicij. ⁊
tamen habēt idem genus remotum qꝛ
vtrunqꝫ est habitus. Aut est genera alio
rum vt bonū ⁊ malum Quō bonū vel
malū sit in genere ꝯᷓrioꝝ diuersimode
a diuersis exponit̄ Porphiri⁹ dicit ꝙ qꝛ
bonū conuertit̄ cū ente iō tacuit oīa ge/
nera sicut ⁊ ens ⁊ ꝑ consequens est ge/
nus nō quidē ꝑdicabile sed est qd analo
gum ad contraria oīa: simplicius vero ī
predicamentis cui videt̄. s. d. ī questiōe
ꝑma ꝺ maloꝛ articulo p⁹ concordare du
pliciter ostendit primo ꝙ male dicit de/
fectū boni ⁊ iō qꝛ semꝑ alterū ꝯᷓriorum
rōnem hr̄et defectus respectu alterius
pōt dici ꝙ in omnibus ꝯᷓrijs vnuꝫ sit bo
num ⁊ aliud malum. ⁊ sic bonū ⁊ malū
erūt cōmunia ad omnia genera. Scd̄o
dicit phylosophū dixisse Non ex sentē
tia sua. sed ꝯm opinionem pythagore.
Frequenter enim phy. in libris logice lo
quitur ꝯm opinionem aliorum.

p Rius autem. Postqꝫ phy.
determinauit de oppositis.
nunc ponit quinqꝫ modos
prioritatis. ꝯa pars incipit ibi
(Secūdo) Tertia ibi (Tercio) Quar
ta ibi (Ampli⁹) Quita ibi (Videt̄ aūt)
Quantū ad primum dicit ꝙ primus ⁊
ꝓprius modus ꝓprietatis est ꝯm quē
aliquid dr̄ prius altero scd̄m tēpus sicut
antiquā ⁊ vetustam sunt priora vt mo/
ribus. Circa hoc notanda sunt duo. pri/
mo ꝙ qcquid ē prius altero generatio
ne est etiam prius tēpore. non tamē om
ne prius tempore est prius generatione
Ad hoc enim ꝙ vnum sit prius alio tē/
pore sufficit ꝙ fuerit ī priori mēsura ⁊ ꝙ
prius habuerit esse sicut illi qui fuerūt
in aureo seculo dn̄r prius his qui nunc
sunt. Ad hoc autē ꝙ vnum sit prius alio
generatione oportet ⁊ ꝙ prius habue/
rit esse. ⁊ preter hoc ꝙ eius generatio

habeat ordinem ad generationem illius
quo est prius hoc modo dicimus ꝙ aīal
ēst prius homine quia qlibet homo an/
teqꝫ sit homo prius est aīal eo ꝙ prius
viuit anima sensitiua qꝫ itellectiua vt di
cit phy. in libro ꝺ animalibus. Leo autē
qui iam decē annis genitus est non dici
tur prior generatione qꝫ homo qui ho/
die generat̄. qꝛ eius generatio nullū hr̄t
ordinem ad generationē ipsius hominis
nisi ordinē tēporis eo ꝙ in priori tēpore
fuit. ⁊ iō dicit̄ prior tēpore nō āt genera
tione. Ista est snīa sci doctoris ꝙ prius
⁊ posterius dn̄r per ꝯparationē ad ali/
quid pᵐ. vnde qn̄to aliquis est ꝓpinqui
us ꝑmo tanto est prius. Primū autem
tempus fuit in tēporis creatione. ⁊ ideo
quia antiquiora sunt ille princi° propigo
ra dn̄r etiā esse priora. si tamen accipere
volumus prius ⁊ posterius in tempore
per cōparationē ad tēpus pn̄s. Diuer/
simode inuenit̄ prioritas in futuris ⁊ in
ꝑteritis. Nā in futuris illud est prius ꝙ
est ꝓpiquius pn̄ti modi. in ꝑteritis autē
econtrario illud est prius ꝙ magis ē elō
gatū a pn̄ti nunc. ¶ Deinde cum dicit.
(Scd̄o) pōit ꝯm mōꝫ ꝯm quē illud ē
prius a quo nō ꝯuertit̄ subsistendi ꝯn̄tia
Hoc modo vnū est prius duob⁹ quia
valet ista ꝯn̄tia duo sunt ergo vnum est
Sed non conuertit̄ vnum est ergo duo
sunt. Qꝛ antecedens potest esse verum
ꝯn̄ter exn̄te falso. Nam si ī vniuerso eēt
tm̄ vnū ens: hoc antecedens esset verū
vnuꝫ est tamen hoc ꝯn̄s esset falsuꝫ duo
sunt. Isto modo eē superius ē prius suo
inferiori. Qꝛ inferius non pōt existere si
ne superiori quū superius sit ꝺ ratione
inferioris. Superius auteꝫ pōt esse sine
inferiori. Non enim seqtur si aīal est ꝙ
homo sit. ¶ Contra istum modū argui
tur primo animal est prius generatione
qꝫ homo vt predictū est ergo non ē pri
us nā ꝯn̄tia tenet qꝛ isti modi prioritatis
sunt distincti. ¶ Scd̄o id ꝙ est principa
liter intentū a natura est prius nā ſꝫ hō

est principalius intentuȝ a natura q̄ȝ aial
cum sit pfectius ergo homo est prius
natura q̄ȝ aial. ⁊ idem dico ꝺ omni infe
riori. ¶ Respondeo ad primū dico ꝙ
prioritas nāe ⁊ prioritas temporis sunt
vtriqȝ modi distincti non tamen sic quin
possit eideȝ conuenire ſm diuersas con
siderationes Animal enim est pri⁹ hoie
generatione q: prius generat aial quā
homo. ⁊ gn̄atio animalis habet ordinē
ad generationē hois. q: in mā introduci
tur aia sensitiua que constituit aial. vt sit
via ad aiam rationaleȝ qua constituitur
homo vt sic quodā ordine procedatur
de imperfecto ad perfectū dicitur anteȝ
animal p̄us natura q̄ȝ homo q: in reruȝ
natura potest esse animal dato ꝙ homo
non sit. sed non econtra. Dico secūdo ꝙ
non omne prius natura est prius gene/
ratione aut tēpore. Constat enim ꝙ vi/
uere est prius natura q̄ȝ intelligere quia
non potest esse intelligere nisi sit viuere
ipsum autem viuere non p̄suppōit intel
ligere. ⁊ tamen viuere in angelis nō est
prius generatione aut tēpore q̄ȝ intellige
re q: in p̄mo instanti sue creationis hn̄t
intellgere sicut ⁊ viuere. ¶ Ad scd̄ȝ di
co ꝙ dupl'r dicit aliquid prius natura
altero. vno modo q: non sequit si ipsuȝ
est ꝙ aliud sit ⁊ sic animal est prius ho/
mine sicut declaratū est de quo modo
prioritatis nature loquit phy.. Alio mō
dicitur prius natura id ad cuius genera
tionem principaliter respicit intētio nāe
⁊ hoc modo perfecta sunt priora in per
fectis ⁊ omne inferius suo superiori. q:
plura sunt de ratione inferioris q̄ȝ supe/
rioris. Et breuiter concludamus hanc
partem qn̄cūqȝ sunt duo. que ita se ha/
bent ꝙ ad esse vnius sequitur esse alteri
us. sed non econtra: id ad cuius esse non
sequitur esse alterius dicitur eo prius na
tura siue sit totum vniuersale siue pars
integralis siue quodcūqȝ aliud. ¶ Dein
de cum dicit. (Tertio) Ponit tertiuȝ
modum ſm quem dicit aliquid prius
in disciplinis. sicut prima principia vt in
illud de quolibet est vera affirmatio vel
negatio ⁊ similiter oē aliud principium
est prius conclusiue In geometria simi
liter elementa. i. principia sunt priora cō
clusionibus ⁊ in gramatica littere sunt
priores syllabis. ⁊ in rethorica exordiuȝ
precedit narationem. Ista aūt dicit p̄o/
ritas ordinis cum in omni prioritate sit
quidam ordo. quum prius ⁊ posteri/
us dicant relationē ⁊ per ꝯn̄s ordinem.
quia i istis ꝓcedim⁹ inordinate a princi/
pijs ad cōclusiones ⁊ ab exordio ad na/
rationeȝ. ⁊ a l'ris ad syllabas. ¶ Deide
cum dicit (Amplius) Ponit quartuȝ
modū ſm quem illa dn̄r priora que sūt
digniora ⁊ nobiliora sicut patricij ple/
beis ⁊ imperator militibus. Quē quidē
modū prioritatis dicit nō ita proprie di/
ctum sicut alios. ¶ Deinde cum dicit.
(Videtur autem.) Ponit quintuȝ mo
dum ſm quem illud dicit prius ꝙ est
causa alterius. licet vnum esse non pos/
sit alio non existente. isto modo subm ē
prius sua de propria passione. quia cum
passio naturaliter ⁊ necessario consequa
tur principia subti. impossibile est subm
esse sine passione. aut econtra subm tn̄ ē
causa passionis ideo est prius ea nō qui
dē generatiōe q: eadē gn̄atiōe generant
licet subm generetur per se ⁊ passio cō/
sequtiue. sed est prius causalitate. Simi
liter hominem esse animal est causa ve
ritatis istius propositionis homo est ani
mal ⁊ nō hominem esse animal ē prius
veritate illius propositionis. Nam ex
eo ꝙ res est vel non est dicitur oratiōe
vera vel falsa. idest oratio est vera vel
falsa. quia sic est aut non est sicut per eā
significat. Preter istos modos priori/
tatis reperiuntur etiam alij. Ad cuius
euidentiam est sciendum ꝙ de ratione
prioris ⁊ posterioris est ordo. Reperit
autem ordo in duratione ⁊ penes hoc su
mitur prioritas tpis. Repitur etiā or/
do in quantitate nam prima pars linee ē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

ante ſcḋm. ⁊ penes hoc ſumitur priori/
tas ſitus. Eſt etiam ordo ī exiſtentijs re
rum ſcḋm ꝙ eſſe vnius preſupponit eſſe
alterius ⁊ nō econtra. ⁊ ſic dr̄ prius na/
tura. Eſt etiā ordo in ſciētijs dupliciter.
Uno modo ex parte rei. ⁊ ſic illud ē p̄/
us ꝙ de ſe eſt magis cognoſcibile. Alio
modo quantum ad nos ⁊ ſic illud ē p̄us
ꝙ prius cadit in noſtra cognitione. Eſt ⁊
ordo in operationibus ⁊ hoc tripliciter.
Aliquis enim eſt ordo intentionis ⁊ ſic
finis eſt prior his que ſunt ad finem. Ali
us eſt ordo rationis. ⁊ ſic idea que eſt ī
intellectu artificis eſt prior artificiato ⁊
ē principium eius. Alius eſt ordo exe/
cutionis ⁊ ſic ea que ſunt ad finem ſunt
priora fine. Prius enim fit domus q̄ȝ
habitetur ⁊ tamē habitatio eſt finis do/
mus. Simul autem in hac parte phy
loſo. ponit tres modos ſimultatis. ubi
ſciendum eſt ꝙ cum tot modis dicitur
vnum oppoſitorum tot modis dicitur
reliquum. ſicut prius dicit̄ quinqȝ mo/
dis aut pluribus tot modis poteſt etiaȝ
dici ſimul. Simultas enim ⁊ prioritas
opponunt̄ qȝ eorū que ſunt ſimul vnuȝ
non eſt altero prius. phy. autem ponit
tantum tres modos ſimultatis qui per
tinent ad conſiderationem logicam vt in
nuat ꝙ non omnes modos p̄oritatis hȝ
conſiderare logicus. ſed tamen illos q
reſpōdēt iſtis modis ſimultatis. Nā ex
ſcḋo modo p̄oritatis cognoſcim⁹ quō va
leat ꝯñtia ab inferiori ad ſuum ſuperius
quia ſi inferius eſt etiam ſuperius eſt ſȝ
non econtra. Ex quinto mō ſcitur quo/
modo valeat conſequentia a ſubiecto ad
ſuam propriaȝ paſſionem. Ex primo ſci
tur quomodo valeat a priori ad poſteri
us ſcḋȝ tempus licet prioritas nature
inter omnes iſtos modos maxīe ptine/
at ad logicum. ¶ Dic̄ g° phy. ꝙ p° mō
dn̄r aliq̄ ſimł̄ tpe qȝ eoꝝ gn̄atio ē ī eodē
tpe. Qȝ pōt ꝯtingere̅ dupl̄r. vno° ſūt aliq̄
ſimł̄ tpe adeq̄te ⁊ h̄ ē ī ill᷑ q̄ ſimul icipiūt
⁊ ſimul deſinūt eſſe. alio mō ſunt ſimul
tpe in adequate qȝ ſunt ī aliqua p̄te tpīs
ſimul ⁊ tn̄ in alio tpe vnū eſt alio non exi
ſtente. ¶ Deinde cuȝ dicit (nāliter) po
nit ſecundū moduȝ ſimultatis: que dicit̄
ſimultas nature. ⁊ hoc mō ſunt ſimul ea
quoruȝ vnum non pōt eſſe. alio non exi
ſtente. cuȝ tn̄ vnum non ſit cā alterius ſi
cut ꝯtingit in relatiuis de qbus dictū ē in
caplō ad aliqd. ⁊ ſunt ſil̄. ¶ Cōtra pr̄ ⁊
filius ſunt ſimul nā. ⁊ tn̄ pater eſt cā filij.
ergo aliqua ſunt ſimul nā. quoꝝ vnū eſt
cauſa alterius. ¶ Rn̄deo pr̄ poteſt acci
pi dupliciter vno mō pro illo ſuppoſito
quod eſt pater: ⁊ ſic eſt cā filij: nec eſt ſi/
mul nā. cum eo. nec vt ſic eſt relatiuum.
Alio mō accipitur pro ipſa relatione pa
ternitatis ⁊ ſic nō eſt cā filiationis nec pri
us ſed ſimul natura. pater enim vt hȝ pa
ternitatem non eſt prior filio nec cā eius:
ſed eſt cauſa filij inquantum habet virtu
tem generatiuam. ¶ Deinde cum dicit
(dicuntur autem) Ponit tertium mo/
dum. ſcḋm quem illa dicuntur ſimul que
e diuerſo diuidunt aliquid ſicut rationale
⁊ irrationale que diuidunt aīal. ipſum aūt
genus diuiſum ſp̄ eſt prius. Ultimo re/
capitulat ꝙ tot modis dicit̄ ſimul vt pre
dictum eſt. ⁊ eſt textus clarus ⁊ facilis.
alia expoſitione non indigens.

m Otus autē in hac parte phy
loſophus agit de motu circa
quod duo principaliter facit.
Primo enumerat ſpēs mo/
tus. Secundo agit de earum oppoſitio
ne ibi. (Eſt autem ſimpliciter.) Quan/
tum ad primum dicit ꝙ ſpecies motus
ſunt ſex. ſ. generatio. corruptio. augmen
tuȝ. diminutio. alteratio. ⁊ loci mutatio.
Circa hanc partem ſciendum eſt ꝙ mo/
tus dupliciter accipitur. vt dicit phyloſo
phus quinto phyſicoruȝ. Uno modo ac
cipitur pro cauſa trāſmutationis: ſiue ſit
ſucceſſiua ſiue inſtantanea. ⁊ iſto modo
generatio et corruptio que fiunt in in/
ſtanti dicuntur motus. Alio modo ac/
cipitur ſolum pro ſucceſſiua ⁊ continua

mutatione ẜm quem modū neq̧ ge/ neratio neq̧ corruptio sunt motus sȝ ꝓ/ prie dn̄r mutationes. Notandū est ꝭo ꝙ si motus accipiatur pᵒ modo sic non predicatur vniuoce de omni motu quia principalr̄ dicitur de quattuor vltimis speciebus per posterius vero dicitur ꝺ generatione ⁊ corruptione. Si autē ac cipit̄ ꝭo modo sic predicat̄ vniuoce nā licet motus localis sit primus omnium motuum vt dicit phy. in libro octauo physicoꝝ. tamen si comparentur ad cō mune ȝ rationem motus sic suscipiunt equaliter eiꝰ predicationē. ¶ Deinde cum dicit. (Alij itaq̧) ponit hoꝝ̄ mo/ tuum distinctionē dicens ꝙ omnes isti sex motus ab inuicem sunt distincti ꝙ specialr̄ probat de alteratione tali ratiōe illa distinguntur ⁊ nō sunt idem quoꝝ vnum potest esse alio non existente sȝ al teratio potest esse sint augmento. potest enim aliquid dealbari. dato ꝙ nō augea tur ⁊ simul augeri aliquid potest dato ꝙ non alteratur sicut contingit qn̄ qua/ drangulo circūponitur gnomon. q: tūc crescit quadrangulus non tamen alte/ ratur est enim differentia inter quadra tum ⁊ quadrangulum quia quadratū est figura quattuor equalibus lineis con tra facientibꝰ quattuor angulos rectos quadrangulū vero est figura alte/ ra parte longior eo ꝙ consistit ex quat/ tuor lineis quarū due sunt duabꝰ alijs longiores. Gnomō vero est quasi me/ dius quadrangulus constans ex duabꝰ lineis rectis in angulo coniunctis ꝙ si adatur quadrangulo fit maior quadran gulus. vt patet in hac figura mar/ ginali. Dr̄ autē quadrangulus non esse alternus. quia alternatio non est nisi ẜm qualitates tertie speciei in qua non est gnomon. ¶ Querit̄ vtrū augmentū possit esse sine alteratione ⁊ videtur ꝙ non. ¶ Q: qcquid augetur nutrit̄. sed nutritio esse non pōt sine alteratiōe nu trimenti vt dicit̄ in ꝭo de anima ergo in

omni augmentō est alteratio. ¶ In op positum est phus. ¶ Respondeo in ista q. faciam duo. Primo declarabit̄ quō isti motus inter se distinguantur. Scdo dr̄ ad quesitum. Quantum ad primum premitto quid rōnis istorum terminoꝝ. Corruptio. n. est mutatio de esse ad non esse. Generatio āt est mutatio de non es se in esse. Est āt duplex esse aliquod ē es/ se subale. ⁊ istud dr̄ esse simpliciter: aliō est esse accidentale. ⁊ dr̄ esse ẜm quid si/ militer est duplex generatio duplex cor/ ruptio. q: illa que est de esse vel ad esse substbale dr̄ simpliciter corruptio vel ge neratio illa vero que est ad esse acciden/ tale dr̄ generatio vel corruptio ẜm quid Phs in hoc loco loqtur de gnātione ⁊ corruptione simplr̄ dictis. q: si accipiant̄ ẜm quid non distinguntur ab alijs moti bus. mutatio. n. que est de non esse albū inesse albū est gnātio ẜm quid. ⁊ tn̄ est alteratio. augmentū est p̄existentis quā titatis aditamentum. vn̄ augeri aliquid ē ipsum acquirere maiorē quantitatem q̄ȝ prius. Diminui vero est minorē quātita tem acquirere. Alteratio est mutatio de vna qualitate in aliā. sed sciendū ꝙ alte/ ratio est duplex. quedā est alteratio per/ fectiua ⁊ hoc mō quicūq̧ acqrit aliquā perfectionē quā prius non hēbat. dr̄ al/ terata siue illa perfectio sit i corpore siue in aīa. sicut sunt scīa ⁊ virtutes. Alteratio alia est corruptiua ẜm quā abicitur aligd ab eo ꝙ alteratur. ⁊ ista est propria alte/ ratio de qua loquitur phs. Terminatur āt iste motus alterationis solū ad qualita tes tertie spēi primo ⁊ principalr̄. q̄uis secundario terminari possit ēt ad qualita tes prime. Ex hoc. n. ꝙ aliqs alterat̄ ẜȝ caliditatē ⁊ frigiditatē que sunt in tertia spē. Contingit ēt ipsum alterari ẜm sanita tem ⁊ egritudinem que sunt in prima. Moueri aūt ẜm locum est loci mutatio ꝙ ꝯtingit dupliciter. Uno modo ex hoc ꝙ aliquid quocūq̧ modo mutat locum aut ẜm partē. sicut cuȝ qs mouet digitū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

ipsi tñ permanens in eodez loco vbi pri us erat aut q: occupat maiorem locum q̃z ante licz remanent in eodem loco vbi erat ante. sicut arbor qñ facta est magna occupat maiorem locum. q̃z dũ esset par ua. Alio modo mouetur aliquid localr. eo ꝙ totaliter derelinquat locum vbi pri us erat. ⁊ ad alium accedit. sicut contin git in motu progressiuo. ⁊ iste dr ꝓprie motus localis. Ex his declaratur distin ctio motuuz. Dicit. n. phs in quinto phy sicorum ꝙ ois motus hz speciem ⁊ di stinctionem a termino ad quez. Ex quo accipit ista propositio omnes illi motus sunt spẽ disticti qui sunt ad terminos spe cifice distinctos: sz peteri motus sunt hu iusmodi. Naz generatio terminatur ad esse substãtiale. corruptio ad non eẽ: aug mentum ⁊ diminutio ad quantitatẽ. Al teratio ad qualitatez ⁊ motus localis ad vbi. ergo isti motus spẽ distinguunt: ⁊ sic pz primum. Ad euidentiam secundi cõ siderandũz est. ꝙ augeri est maiorẽ quã titatem acquirere. ꝙ dupliciter contingit. Aliqñ. n. aliquid augetur per solaz addi tionem quanti ad quantuz sicut quãdo li nee additur linea: vt pz in exemplo phi. ⁊ cum lignis adduntur ligna ⁊ hoc dicit augmentum in proprie tñ. sed non dicit motus augmenti vt supra etiã diximus. Alio modo aliquid augetur. q: idem nu mero existens acquirit maiorem quanti tatez. q̃z hẽbat prius. ⁊ ẽt quelibet pars eius augetur ꝑ se. ita ꝙ talis motus prin cipaliter terminatur ad quantitatẽ. ⁊ iste dicitur proprie motus augmenti. nec po test esse nisi in rebus viuentibus vt sunt plante ⁊ animalia non potest aut fieri ta le augmentum nisi per sumptionez cibi. ⁊ ex hoc ꝙ nutrimentum transit in suba nutritiua. ꝙ esse non potest nisi nutrimẽ tum prius alteretur per calorem. ⁊ dige ratur. Et ideo concedo vt argumentum concludit ꝙ motus augmenti esse nõ po test sine precedẽti alteratione: lz augmen tum largo modo dictuz. de quo ipse exẽ plificat sine alteratione possit esse: separa tur tñ semper motus augmenti ab alte ratiõe q: sunt ad diuersos terminos per se. ¶ Deinde cum dicit. (Est autez sim pliciter.) Agit de contrarietate motuuz assignando motui duplex contrariũ. Nã motui opponitur quies ⁊ etiã alius mo dus. Ad cuius euidentiam est sciendum ꝙ quies non potest proprie dici contrari um: q: vt supradictuz fuit. de ratione cõ trarij est ꝙ aliquid ponat. quies autez ni hil ponit: sed dicit negationem motus in subiecto apto nato moueri. Accipit ergo phs contrarium pro priuatione. dicẽs ꝙ quies opponitur motui contrarie. i. ꝓua tiue. que sit autem illa quies. que priuati ue opponitur motui dubiuz est. Aliqui enim dicunt ꝙ motui ad albedinem op ponitur quies in ipsa albedine. Alij dicũt ꝙ ei opponitur quies ĩ nigredine. quod puto magis esse verum. Constat eniz ꝙ nullus habitus est via nec terminatur ad suam priuationem. sed motus ad albedi nem est via ad quietem in albedine. er go talis quies non opponitur ei. quilibet eniz motus terminatur ad duo. s. ad for mam que per motum acquiritur. ⁊ ad quietem in tali forma. opponitur autem quies in albedine quieti in nigredine op positione contraria. sicut enim se hz mo tus ad formas cõtrarias terminati ita se habent etiam priuationes motuũ. sz mo tus qui est ad albedinem contrariat mo tui ad nigredinem. ergo quies in albedi ne contrariatur qeti in nigredine. ¶ Di co tamen ꝙ ista non est perfecta contra rietas q: tales quietes nihil ponũt. Pos set forte dici ꝙ est perfecta contrarietas ⁊ ꝙ quies opponitur cõtrarie motui q: quies aliquid ponit. Naz quiescere in al bedine est sdm habere albedinem. vn de quies in albedine ẽ esse albedinis cuz negatione remotionis ipsius albedinis: nec esset inconueniens quietez contraria rij motui ⁊ quieti quia idem potest esse contrarium duobus ꝫm diuersas consi

derationes: vt dicit. f. d. quinto physicorum. ¶ Deinde cum dicit (His que) declarat aliud quod opponitur motui cõtrarie. quia non solum quies motus contrariatur motui vt generationi corruptio augmentationi diminutio motui sursum motus deorsum. ¶ Deinde cum dicit. (Reliquo vero) Remouet vnum dubium. Dubitari enim potest quid opponatur alterationi. ad quod respondet ei opponitur quies ꝛ etiam motus in cõtrariã q̃litatẽ sicut de albationi opponit denigratio q̃ est motus ad nigredinem.

b Abere aũt. Istud est vltimũ capitulũ i quo phylosophus ponit septem modos habendi quia omnes facilimi sunt pter tertiũ de quo erit specialis tractatus loco suo. Primus modus est quo quis habet aliquam qualitatem. Secundus est quo quis habet quantitatẽ ꝛ p hos duos modos. innuitur modus habẽdi quecũq alia genera. vt relationẽ. actionem passionem ꝛ huiusmodi. Tertius est quo quis habet vestimentum ꝛ ea q̃ circa corpus aut circa ptes corpis sunt. sicut dicitur quis hr̃e anulum calciamentum biretũ. ꝛ iste modus habendi facit vltimum predicamentum dicitur habitus. Quartus modus est quo quis habet partes suas itegrales sicut homo habet manus ꝛ pedes. Quintus modus est. quo continens habet contentum. sicut lagena vinum. ꝛ horeum grana frumẽti. Sextus modus est quo quis dicitur habere possessionẽ vt agros domũ torcular. Septimus ẽ quo quis dicitur habere vxorem. ꝛ hic modus improprius est: quia nõ dicitur quis habere vxorem nisi eo habitant simul vir ꝛ vxor Ultimo dicit posse forte repire alios modos sed isti sunt magis comunes. Aliqui dicũt istos modos esse octo ꝛ distingunt tertiũ in duos dicentes. aliud esse habere aliquid circa totũ corpus vt vestimentũ. ꝛ aliud esse habere circa partes corporis solum vt anulum. Et est sic finis predicamentorum Aristotelis ad laudẽ eius qui extra omne predicamẽtum est omnium causa deus eternus ꝛ per oĩa secula bñdictus. cui referamus laudes ꝛ nunc ꝛ imperpetuum Amen.

FINIS.

¶ Explicit acuta ornata ꝛ breuis expositio cũ quibusdã questionibus Magistri Pauli Soncinatis i vniuersalia porphyrij ꝛ pdicaméta Aristotelis: Impressus Venetijs opera ꝛ diligenti cura Joannis rubei Uercellensis ꝛ Albertini fratrum Regnante Augustino Barbadico Serenissimo Uenetiarum principe die. 13. April. 1499.

a b c d e f g
Omnes sunt quaterni preter g qui est duernus.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.39